

H0011

INSCRIPTIONES
BRITANNIAE CHRISTIANAE

EDIDIT

AEMILIVS HÜBNER

ADIECTAE SVNT TABVLAE GEOGRAPHICAE DVAE

ACCEDIT
SVPPLEMENTVM INSCRIPTIONVM CHRISTIANARVM
HISPANIAE

MDCCCLXXVI

BEROLINI
APVD
GEORGIVM REIMERVM

LONDINII
APVD
WILLIAMS ET NORGATE

SOCIETATI

ANTIQVARIORVM LONDINIENSI

D · D

SCRIPTOR

HONORIS IN SE CONLATI MEMOR

PRAEFATIO.

1. In omnibus imperii Romani provinciis praeter priorum saeculorum monumenta etiam aevi christiani reliquiae servatae sunt. Itaque mirum sane foret, si Britannia provincia, cuius condicionem a reliquarum imperii Romani provinciarum ea in re minime diversam fuisse constat, eius generis monumentis careret sola. Tamen dudum observatum est a viris doctis titulos aevi christiani inscriptos eius modi, quales abundant in Italia et in Gallia et in aliis provinciis, in patria imperatoris Constantini omnino repertos esse nullos. Ne ipsius quidem Constantini eorumque qui post eum fuerunt imperatorum ibi monumenta supersunt multa. Miliaria enim septem tantum eorum nominibus inscripta aetatem tulerunt: praeterea versiculi aliquot pavimentis tessellatis inserti nonnullaque inscripta instrumento quod dicere consuevimus domestico, massis plumbi ponderibus vasculis. Nummi contra aevi Constantiniani etiam in Britannia inventi sunt non pauci. Aedes deinde aediculasve christianas ibi extitisse conditas iam ante provinciam a Romanis relictam testimoniis scriptorum aequalium ipsisque earum reliquiis probatur. Tamen qui nuper quidquid de eis sciri posset conposuerunt plenissime Arthurus W. Haddan iam vita functus et Guilelmus Stubbs professor Oxoniensis libro utilissimo *Councils and ecclesiastical documents relating to Great Britain and Ireland* cet. (vol. I Oxonii 1869 8. p. 37) tredecim non amplius eius generis aedificiorum memoriam per totam insulam potuerunt resuscitare. Titulos vero sepulcrales hominum christianorum atque operum publicorum privatorumve a christianis factorum honorarios vel dedicatorios quaeque similia alibi inveniuntur inde a saeculo fere quarto medio litteris mandata frustra in Britannia quaesiveris. At vero ibi quoque, ut in Hispania accidit, peculiare quoddam monumentorum genus in locum titulorum illorum cessit. In eis enim potissimum insulae regionibus, in quibus labante iam potestate Romanorum post barbarorum incursiones cum fide christiana etiam sermonis Latini usus servatus est, reperta sunt monumenta non pauca sepulcralia maximam partem, quae cum ab Romanae aetatis titulis christianis omnino diversa sint, in syllogen inscriptionum Britanniae Latinarum, quam septimum corporis inscriptionum Latinarum Berolinensis volumen continet a me editum consilio et auctoritate academiae regiae Borussicae a. MDCCCLXXIII, recipi non potuerunt; ut ibi monui suis locis (p. 13. 44. 186). CONSILIUM OPERIS

Itaque invitus sane, sed obtemperans sensui cuidam officii a re ipsa mihi inpositi in hunc campum descendi tenebricosum atque philologo, qui in litterarum antiquarum clara luce versari soleat, paene ignotum. Neque vero temere hoc feci. Nam postquam syllogen titulorum Britannicorum maiorem absolvi, speravi fore ut alii existerent in ipsa Britannia homines harum rerum gnari, qui mihi syllogae huius christianae edendae otium facturi sint. Quae spes postquam fefellit, tum demum opus hoc aggressus sum atque ad finem perduxi. Turpe enim fore putavi, si hanc

operam quamvis satis inpeditam utpote alienam a studiis meis in me suscipere aspernarer, praesertim cum similem in Hispanicis christianis praestiterim non sine fructu, ut puto. Nam quibus titulorum paganorum in Britannia repertorum corpus tradidi homines doctos tam Britannos quam exteros etiam christianorum hanc syllogen a me exigere posse persuasum habui. Atque ut praeter artis antiquae opera primaria etiam opificum figmenta vilia plerumque servamus in museis, ut praeter titulos inscriptos nobilioris notae non dedignamur in syllogarum ordinem recipere etiam exilia illa domesticae supellectili inscripta, ignari saepe cuinam ea aliquando utilitatem possint afferre, ita etiam monumenta haec in confinio quasi antiquitatis recentiorisque aevi posita secundum artis nostrae leges recensere atque inlustrare operae pretium est; nihil enim antiqui a nobis alienum esse existimamus. Existent fortasse inter Britannos atque inter nostrates qui hominem peregrinum in hanc provinciam temere insiluisse conclamaturi sint: quos ego contemnam candido iudicio optimorum virorum, quibuscum amicitia iam diuturna iungor, hanc meam operam cum fide permittens.

Qua opera mea quid profecerim aut certe voluerim proficere ut plane perspiceretur, seorsum exposui in paragraphis huius praefationis quae secuntur de titulis ipsis, de auctoribus eorum, de ordine quo eos proposui, de regionibus e quibus prodierunt, de generibus eorum temporibusque, deinde de nominibus, de formulis, de carminibus, de signis et symbolis quae in eis reperiuntur, denique de sermonis itemque de litteraturae quibus utuntur proprietatibus.

TITULI 2. Vetusta videtur fuisse consuetudo earum potissimum gentium, quas Celticae originis esse probabile est, sepulcra tumulosve hominum defunctorum, qui quidem prae ceteris conspicui fuerint vel dignitate vel opibus, ornandi lapidibus altis magnisque supra ea erectis, quibus nomina illorum inscriberent. Atque apud Astures Callaecosque Hispaniae ipsorum adeo virorum imagines rudes solebant exculpi nominaque defunctorum inscribi in lumbis earum (cf. C. I. L. II 2462 2519). Apud Celtas Italiae septentrionalis lapides item rudis operis aliquot reperti sunt et ipsi nominibus mortuorum inscripti, at contra morem Romanum non ita, ut a stante de plano recte legi possint: lege enim certa nulla, ut videtur, aut sursum deorsum aut versa vice scriptura procedit. Vidi ego eius generis cippum magnum et satis, ut apparebat, vetustum (i. e. aevo fere Augusti adscribendum), qui repertus est ad Alpium radices in agro inter Durias duas atque servatur Eporediae (quae hodie *Ivrea* est), inscriptum ita (C. I. L. V 6903):

VELAGENVS
ATILIF

Similes videntur esse in Valle Ossolae repertus unus (C. I. L. V 6650) duoque item agri Duriensis (6907 6908), inscripti et ipsi solis defunctorum nominibus rudesque admodum. Ex ipsa Gallia eiusdem generis cippi vetusti nondum innotuerunt, quantum quidem resciscere potui ab amico eo, qui in Galliae titulis conligendis occupatus est. Sed potest conparari aliqua ratione statua Galli hominis armati reperta apud Montem Draconis in Valle clausa, servata in museo Avenionensi (cf. C. R. Smith collectanea antiqua V 1858 p. 37 et *revue archéologique* XVI 1867 p. 69 ss. tab. XIII). Recentiore autem aetate, i. e. saeculo fere septimo posteriore, in Britannia Gallica cippi crucesque in sepulcris solebant erigi prorsus eadem atque in insulis Britannicis ratione; qua de

re adscripsi infra integrum viri docti alicuius Francogalli testimonium[1]. Cippos igitur sepulcrales vel potius pilas lapideas rudes inscriptas ea fere ratione, qua inscriptus est lapis Eporediensis, tum etiam recentioris aetatis ratione solita inscriptas, deinde cruces tam simplices quam variis ornamentis ornatas itemque inscriptas, quae in Britanniae variis regionibus repertae sunt, ducentas plus minus, quibus accedunt alius generis de quibus infra dicetur accuratius monumenta multo pauciora, scilicet triginta plus minus, in hac sylloge conposui.

3. Conlegerunt, ut consentaneum est, hos quoque titulos homines non pauci Britanni AUCTORES ea sedulitate, eo patriae amore, ea in rebus illis gerendis liberalitate, quibus vetustioris aetatis monumenta Romana in Britannia conlecta edita servata esse in maioris syllogae praefatione demonstravi. Atque antiquissimis iam titulorum Britannorum conlectoribus quaedam eius generis monumenta nota fuerunt, Lelandio dico et Camdeno, inter cuius amicos Franciscus Godwin episcopus Landavensis ea suppeditavit: inde in Orellii syllogen pauca eorum translata sunt (N. 92 = Or. 2778: N. 106 = Or. 2779). Primarius rerum Cambricarum scriptor Edwardus Llwyd, qui saeculo XVII vixit, multa huius quoque generis monumenta primus descripsit. Aliquanto deinde plura a singularum regionum historiographis, quales abundare notum est inter Britannos, ex locis ubi extant abditis plerumque protracta et operibus illorum inserta sunt. Raro autem eius generis libros patrios fines excedere rariusque etiam ab eis legi, quorum interest monumenta illa novisse, inter omnes constat. Nuper demum consociata multorum opera, quae quantas vires habeat non in vitae publicae privataeve tantum rationibus totiens conpertum est, plenius illa quoque monumenta conquiri et inlustrari coepta sunt. Inter societates enim varias Britannicas, quibus in res vetustas inquirere propositum est, cum interdum reliquae veluti antiquariorum Londiniensis, institutum archaeologicum Britannicum, associatio quae vocatur archaeologica, Archaeologia Aeliana et Archaeologia Scotica, generis illius monumenta proposuissent, tum quae Cambriae quae dicitur sive Galliae Britannicae vel principatus Wallensis historiam et antiquitates praecipue colendas sibi sumpsit, Archaeologia Cambrensis, inde ab anno fere huius saeculi quadragesimo quinto in voluminibus actorum, quae publici iuris facta sunt nunc iam triginta numero, lapides illos indagandos inscriptos et edendos curavit. E sociis autem eius societatis praeter iam vita functos aliquot, veluti Henricum Longueville Jones aliosque, duo inprimis extiterunt viri docti provectioris aetatis alter, alter iuvenis, qui de titulis Cambriae potissimum christianis bene meriti sunt, IOH. O. WESTWOOD professor Oxoniensis et IOH. RHYS Rhylensis.

Atque Westwoodius quidem, qui iam in libro suo Palaeographia sacra pictoria inscripto (*being a series of illustrations of the ancient versions of the bible* cet. Londinii 1843—1845 4.) et in aliis operibus palaeographicis accuratum eius modi rerum arbitrum sese praestiterat,

---

[1] R. F. Le Men in *revue archéologique* XXIX 1875 p. 89: *à une époque ancienne, peut-être au VIIIe, au IXe ou au Xe siècle, il était d'usage en Basse-Bretagne, comme en Écosse, en Irlande, dans le pays des Galles et dans la Cornouaille anglaise, de marquer la sépulture des personnages importants par une longue pierre plantée, ayant la forme d'une pyramide ou d'un cône tronqué. Ces pierres étaient souvent cannelées de haut-en-bas dans tout leur pourtour. Elles étaient quelquefois surmontées d'une croix de pierre. Souvent aussi une croix pattée était gravée en creux sur une de leurs faces. Rarement, en Bretagne surtout, elles portaient une inscription qui faisait connaître le nom du défunt. Le département de Morbihan possède quelques-unes de ces inscriptions qui sont fort intéressantes. On désigne actuellement ces pierres, en Bretagne, sous le nom de Lec'hs. Elles sont excessivement nombreuses, principalement dans le Finistère et dans le Morbihan.*

cum in variis Archaeologiae Cambrensis voluminibus singulos titulos christianos Cambricos a se depictos edidit et inlustravit, tum integram eorum syllogen sese parare nuntiavit in altero quod edidit volumine palaeographico ita inscripto *Facsimile's of the miniatures of Anglo-Saxon manuscripts* cet. (Londinii 1868 fol. p. 149). Itaque ego cum in eo esset ut syllogen meam inscriptionum Britanniae Latinarum in schedis absolutam typothetis describendam traderem (quinquennium nunc iam inde ab eo tempore elapsum est), circumspicere coepi atque per amicos sciscitari, Westwoodii illam syllogen christianarum quando in lucem prodituram esse probabile esset. Responsum tuli (quod postea confirmatum vidi variis Archaeologiae Cambrensis locis, ser. IV 2, 1871 p. 206 344; 3, 1872 p. 73 166; 4, 1873 p. 107), nondum sufficere eorum qui inpensam operis splendide inlustrandi ferrent numerum. Sed in Westwoodii sylloga illa earum tantum inscriptionum imagines, quae ad Cambriam propriam spectant, additis praeterea solis Dumnoniensibus, si recte intellexi, accurate depictae prodituræ sunt, omissis omnibus, quae ad reliquas Britanniae regiones pertinent: deinde opus illud tam pretio quam ratione universa, qua argumentum tractabitur, huic nostro usui, ut certo licet augurari, minus accommodatum erit. Itaque si tandem aliquando prodibit, cuius rei nondum omnem spem abiciendam esse nuper audivi (cf. Archaeologia Cambrensis ser. IV 6, 1875 p. 378), equidem valde laetabor. Interim scriptor, qua est humanitate, intercedente Maximiliano Muellero, quem utraque civem sibi vindicat Germania atque Britannia, non dedignatus est schedas meas ad se transmissas accurate perlegere atque e copiis suis hic inde augere, adnotationibus quas ego subministraveram ipse postea identidem usus.

Westwoodius titulorum in Cambria repertorum longe plurimos investigavit depinxit inlustravit: ego si plures aliquot exhibeo quam ille adhuc edidit multosque eorum emendatiores, debetur id Iohanni Rhys, socio olim conlegii Mertonensis, quod Oxonii est, nunc in *Rhyl* oppido Cambriae septentrionalis degenti ludisque puerorum inspiciendis a regina Britannorum praefecto. Westwoodius enim quamvis docte et accurate titulos descripserit, tamen linguae vetustae Celtarum ignarus hic illic erravit necessario: Rhysius autem ab eius linguae studio profectus ad monumenta patria accessit atque in tractandis eis non antiquarium, sed grammaticum se agere confessus est ubique. Propter hanc unam rem magnam eum laudem meruisse concedent quicunque quanta ignorantia, ne dicam inpudentia, linguae eius reliquiae a multis ibi soleant explicari non ignorant. Itaque ille traditae titulorum lectioni diffidens ipsa monumenta per Cambriae valles invias sparsa indagavit viator indefessus atque itineris eius epigraphici primi narrationem edidit in ephemeride *the Carnarvon and Denbigh Herald* dierum 29 m. Nov. et 6 m. Dec. a. 1873 (unde seorsum expressa prodiit inscripta *the early inscribed stones of Wales*, Carnarvon 1873 p. 12 4.; cf. *revue Celtique* 2, 1875 p. 280: libellum commercio non traditum scriptoris benevolentiae acceptum refero); postea similiter (in Archaeologia Cambrensi ser. IV 4, 1873 p. 74 ss.; 5, 1874 p. 21 ss.; 6, 1875 p. 359 ss. alibi) reliquas Cambriae atque etiam Dumnoniorum (*Cornwall* et *Devon*) regiones rogatu meo peragravit titulorum describendorum causa. Is huic syllogae meae operam praestitit constantem acrem fructuosam, plagulas singulas priusquam inpressae sunt perlegit et emendavit, additamenta subministravit. Quo minus ipse Britanniam tertium adirem ut titulos illos nullo certo loco conlectos ipse inspicerem, prohibebant rationes meae: quae res ne obstaret fidei, qua tituli repraesentandi erant, Rhysii officiosa sollertia effecit paene sola.

Quos praeter duces hosce primarios secutus sum scriptores varios, eorum libros schedasve enumeravi maximam partem in praefatione capitis ad Cambriam spectantis in sylloge Britannica

maiore (p. 43): unde ad eius voluminis indicem auctorum (p. X ss.) lectores sunt relegandi. Quos ibi nondum nominavi, eorum nequid desideraretur elenchum subiunxi huic praefationi.

In Scoticis recensendis duces potissimum secutus sum societatis archaeologicae Scoticae acta maiora minoraque et opus splendidum eiusdem societatis cura editum ab Iohanne Stuart *Sculptured stones of Scotland*, cuius vol. I a. 1856, vol. II a. 1866 Edinburgi prodiit.

Singulari deinde gratissimi animi significatione ei viri mihi prosequendi sunt, qui quod iam fecerant ex parte dum in maiore sylloge edenda occupatus eram, huic quoque minori praestiterunt, scilicet ut sciscitanti mihi de singulis monumentis deve libris schedisque responderent plenissime et accuratissime; illi enim effecerunt, ut aliqua cum confidentia spondere possem quaecunque alicuius momenti essent ad hoc monumentorum genus inlustrandum me non neglexisse. Itaque honoris causa hic nomino viros doctissimos A. W. Franks, A. S. Murray, E. M. Thompson, C. K. Watson Londinienses, I. Kenrick et I. Raine Eburacenses, I. Wordsworth Oxoniensem, W. Greenwell Dunelmensem, H. M. Scarth olim Aquensem, I. C. Bruce Aelianensem, H. Stuart Edinburgensem.

Exclusi, ut par erat, Hibernica; nam Romanae tantum provinciae monumenta atque Latinae linguae in ea usum indaganda mihi proposui. Hiberniam vero nunquam in provinciae formam redactam fuisse constat. Praeterea siqui cum Britannicis conparare volent Hibernica, invenient quae huc pertineant, ut libros vetustiores omittam, in actis academiae regiae Hibernicae tam maioribus (*Transactions of the Royal Irish Academy* voll. 24 a. 1787 ad 1873 4.) quam minoribus (*Proceedings* cet. voll. 10 a. 1841 ad 1870), item in societatum Hibernicarum ephemeridibus (veluti in *the Ulster journal of archaeology* voll. 9 a. 1853 ad 1862 4. et in *the journal of the Kilkenny archaeological society* ser. I voll. 3, 1849—1855, quae ter nomen mutavit, deinde enim *the Kilkenny and South East of Ireland archaeological society* ser. II voll. 6, 1856 ad 1867, porro *the journal of the historical and archaeological association of Ireland, originally founded as the Kilkenny archaeological society* ser. III vol. unicum a. 1868—1869, postremo *the journal of the Royal historical and archaeological association of Ireland* voll. 2, 1870 ad 1875, dicta est), deinde in Georgii Petrie operibus (*the ecclesiastical architecture of Ireland anterior to the Anglo-Norman invasion* cet., quod est volumen transactionum academiae regiae Hibernicae vicensimum a. 1845 4.: et *christian inscriptions in the Irish language chiefly collected and drawn by G. P., edited by Miss Stokes*, Dublinii a. 1872 4.). Parat praeterea academia Hibernica corpus titulorum Hibernicorum litteris Celticis scriptorum, de quibus infra dicendum erit, einsque corporis cura mandata est, ut audio, Samueli Ferguson (cf. *the Academy* a. 1875 p. 219).

Omisi denique item quaecunque monumenta Runicis litteris inscripta in Britannia extabant paucis eis exceptis, quae cum Latinis mixta inventa sunt neque recte ab illis potuerunt segregari (n. 184 189 190). Conlegisse ea notum est Georgium Stephens Havniensem in voluminibus inscriptis *The Old-northern Runic Monuments of Scandinavia and England* (Londinii et Havniae vol. I 1866 ad 1867, vol. II 1867 ad 1868 fol.).

In Runica et Anglosaxonica, quae item exclusi, ut consentaneum est, inquisivit non sine fructu Daniel Henricus Haigh presbyter Erdingtonensis in scriptis variis (*Notes on the history of S. Begu and S. Hild; and on some relics of antiquity discovered in the sites of the religious establishments founded by them*, Hartlepool s. a. pp. 40 et VII 8.; *cryptic inscriptions on the cross at Hackness in Yorkshire* in ephemeride archaeologica Kilkennensi ser. II 2, 1858 p. 170 ss.; *the Monasteries of S. Hein and S. Hild* in *the Yorkshire archaeological and topogra-*

phical journal vol. III p. 349 ss.; *the Runic monuments of Northumbria, a paper read at the meeting of the Geological and Polytechnic Society of the West Riding of Yorkshire, at the Cutler's Hall, Sheffield, on Friday, April 29, 1870* pp. 40 8.), quae omnia debeo scriptoris benevolentiae; idem de aliis quoque rebus quaerenti mihi nunquam defuit. Recepi tamen ex titulis illis eos, qui bilingues sunt sive potius admixtis vocabulis Latinis concepti (ut n. 178 179 180 181 184) quique habiti sunt pro Latinis (ut n. 16 170 187), denique qui tam Latini esse possunt quam barbari (ut n. 168 174 189 190 212 213 223*a* 224); ii enim omnes in vicem sese explicant atque propterea a Latinis commode separari non possunt. Ceterum malui in hisce peccare plura recipiendo quam poterat expectari quam omittendo quae fortasse desiderarentur.

Nomina hominum, quae in titulis leguntur, Celticae originis esse pleraque infra apparebit. Itaque ne eius linguae ignarus errarem in legendis illis neve peccarem in scribendis locorum nominibus noviciis auxilium petii Hermanni Ebel, conlegae quondam clarissimi, quem inter eius linguae peritos primarium obtinuisse locum notum est, facileque inpetravi ab eius humanitate. Sed posteaquam primas huius voluminis paginas inpressas legerat, acerbo fato litteris nobisque ereptus est. In errores graviores ne inciderem Iohannis Rhys peritia cavit; Ebelii doctrinam in reliquiis hisce tractandis desiderari quibus haec cordi sunt mecum semper lugebunt.

Ordo titulorum

4. Disposui autem titulos ordinem secutus geographicum eundem fere atque in opere maiore. Scilicet a regionibus insulae maxime versus meridiem occidentemque sitis incipiens, quae fuerunt Dumnoniorum olim, hodie comitatus sunt *Cornwall*, *Devon* et *Dorset*, transii primum ad principatum Walliae sive Cambriam. Quae cum titulos omnium insulae regionum plurimos servaret, singulos eius comitatus ita percensui, ut a meridionalibus *Brecon* et *Glamorgan* incipiens primum occidentem versus procederem ad *Caermarthen* et *Pembroke*; deinde oram orientalem secutus comitatus *Cardigan* cum *Montgomery*, porro *Merioneth*, *Caernarvon* cum *Anglesey* paeninsula, *Denbigh* denique et *Flint* septentrionales inlustrarem. Casu fortasse accidit, ut ex eis Cambriae comitatibus, quae Britanniae reliquae adiacent, nulli adhuc tituli innotuerint[1]); sed exploratio earum regionum adhuc nequaquam perfecta est. In singulis comitatibus eadem quoad fieri potuit via progressus sum. Appendix quasi Cambriae *Man* insula est, cuius unum tantum titulum novi. Multo pauciora monumenta eius quod inlustrandum mihi proposui generis reliquae Britanniae regiones omnes ab ora inde meridionali usque ad fines Caledoniae continent. Earum igitur titulos uno omnes conprehendi capite incipiens a singularibus, qui in *Hants*, *Kent*, *Gloucester*, *Sussex*, *Cambridgeshire* reperti sunt, progressus deinde per comitatum Lindensem ad Eburacensem et ad palatinatum Dunelmensem, qui inter huius partis regiones titulos plurimos exhibent, atque in Northumbriae paucis quibusdam desinens. Quod sequitur caput Caledoniae titulos proponit item non multos. Claudunt agmen more nobis consueto inscriptiones aliquot adscriptae instrumento domestico, vasculis lamminis anulis tegulis lucernis et quae sunt similia. Eis accedere volui sarcophagi lignei, supellectilis, vestimentorum sancti Cuthberti titulos in sepultura eius Dunelmi repertos.

Diligentissimos et fuisse paene semper et esse hodie quam maxime homines Britannos

---

[1]) Cf. I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 11: '*it appears that the Welsh counties bordering on England are all but entirely devoid of ancient inscriptions. Are we to suppose there never existed any in them, or that wars between the Welsh and the English occasioned their destruction? It is to be hoped that the Powysland Club will make a diligent search for early inscribed stones in the counties of Montgomery and Radnor*'.

in monumentis patriis indagandis servandis explicandis supra iam praedicavi. Itaque conplura huius generis monumenta adhuc latere in universum probabile non est. Ego ne qua omitterem qua potui diligentia cavi, adiutus amicorum, quos supra laudavi, diligentia indefessa. Nova quaedam sine dubio aliquando accedent: quae conlegi necesse est sufficiant ad tentandam sane interpretationem secundum artis leges instituendam.

Pauca quaedam quae iam exhibui in sylloge maiore putavi repetenda esse (n. 31 185), quod feci additis hic imaginibus; item supellectilis domesticae quaedam hic redeunt aucta (n. 217 220 222 223 228). Alia quae fortasse potuerunt iterum recipi (C. I. L. VII 1264 1267 1271 al.) omisi sciens.

A fraudibus epigraphicis fere liberam mansisse Britanniam praedicavi item iam in maiore volumine; tamen appendicem addere commodum visum est trifariam divisam. Primum enim tituli non pauci falso pro christianis habiti conponendi erant, ne fallerent minus peritos: deinde quos propter aetatem nimis recentem non recepi in ordinem nec tamen prorsus omittere volui, ne desiderarentur, pauci adiecti sunt: postremo indicavi, non adscripsi, Caledoniae monumenta nonnulla propter litteras Celticas, quae in eis leguntur, ad conparationem apta.

Quod in fine syllogae huius quamvis non numerosae tamen additamenta ponenda erant, id altera ex parte debetur Iohannis Rhys, ut dixi, sollertiae: is enim quae post plagulas singulas inpressas ei innotuerunt nova continuo mecum communicavit ea quam ab homine ingenuo expectaveris liberalitate. Altera additamentorum pars originem duxit ex humana inbecillitate: observavi enim sero, ut solet fere accidere, quaedam aliter aut legenda esse aut explicanda ac feci antea.

5. Regiones et loca, quibus singuli huius syllogae tituli reperti sunt, siquis consideraverit depicta in tabulis geographicis duabus, quas Heinrici Kieperti nostri doctrina huic volumini ornamento esse voluit, haec statim ultro observabit. Primum in eis potissimum regionibus christianos titulos repertos esse apparet, quae paganis fere carent. Nam in Dumnoniis et in Cambria, si miliaria nonnulla exceperis quaeque hic illic ex castris Romanis prodierunt, nulla fere extant vitae Romanae testimonia: quae abundant in reliquis insulae regionibus, atque in eis praesertim quae sunt ab Eburaco versus septentriones sitae, ubi inde a Traiani fere temporibus per saecula aerae nostrae alterum tertiumque militare provinciae robur sedem praecipuam habuisse constat. In Caledonia quoque extra valli Antoniniani castella aliaque quaedam eius generis praesidia tituli perpauci tantum reperti sunt. Apparet igitur recte titulos christianos omnino separari a paganis Britanniae Romanae, quibuscum ne locorum quidem ubi olim conlocati fuerunt vinculo coniuncti sunt. Deinde vero illud alterum tabulae geographicae docent, scilicet omnino fere non in oppidis vetustis extitisse titulos illos christianos plerosque, si paucas exceperis ecclesiarum dedicationes in coloniis Lindensi[1] et Eburacensi repertas et alia quaedam similia in reliquis Britanniae regionibus servata, sed sparsos fuisse vicatim fere sive potius per montes vallesque regionum earum, quas Romanae provinciae mores institutaque vix unquam videntur attigisse. Nata est inde ei, cuius peritiae tabulas geographicas meas deberi dixi, molestia non levis locorum illorum notationes interdum ambiguas perquirendi et

REGIONES

[1]) Inter nomina episcoporum actis concilii Arelatensis a. 314 subscripta iuxta Eburacensis et Londiniensis dioecesis episcopos etiam *Adelfius* aliquis *episcopus de civitate colonia Londinensium* nominatur. Scribendum est *Lindensium*, non *Legionensium*, ut proposuerunt Haddan et Stubbs I p. 7; civitas enim Legionensis nunquam colonia fuit.

describendi. Itaque ipsa iam conlocatione monumenta haec quodam modo demonstrant diversam fuisse eorum ad quos pertinent condicionem ab reliquorum provinciae Romanae incolarum.

GENERA TITULORUM 6. Eodem ducit varietas vel potius aequalitas titulorum si genera eorum respicimus obvia. Etenim sepulcrales sunt tantum non omnes, videlicet erecti, ut supra monui alibi etiam apud Celticae originis gentes observatum esse, contra communem hominum inferioris condicionis consuetudinem, altioris tantum ut apparet dignitatis viris mulieribusque in locis plerumque solitariis, qui electi videntur esse propter causas privatas nobisque ignotas. Mulierum monumenta rariora esse quam virorum non est quod miremur (cf. n. *7[1]) *10 *55 101 112 121 125 *137 162); interdum mulieris cum viri memoria coniuncta est (n. 99 130 150 153 *156). Alius generis tituli ex eis regionibus, quas supra dixi maximum titulorum illorum numerum exhibere, Dumnonios et Cambriam, paene nulli prodierunt. Sunt autem hi: mensa altaris (n. 8), putealia duo (n. 33 129, hoc ligneum), sella lapidea e viva rupe facta (n. 90), tabula sepulcralis una (n. 37), omnia satis recentia; deinde versus pavimento tessellato inscripti (n. 31), qui quamvis christianae originis ideoque in hanc syllogen recipiendi magis tamen pertinent ad vitam provincialem. Caledonici quoque tituli plerique sepulcrales sunt. E reliquis tantum Britanniae regionibus praeter sepulcrales tituli aliquot dedicatorii proferri potuerunt a ceteris illis scriptura tempore ratione omnino diversi. Tales sunt dedicationes illae ecclesiarum, quas dixi, Lindensis (n. 170), Eburacensis (n. 175), in *Jarrow* extans (n. 198); bases deinde variae, quibus cruces inponebantur (n. 171 173 176 182—184 186 187 199 204); denique horologia solaria hominum Anglosaxonum (n. 168 179 180 181). Verum est inter Cambriae Dumnoniorumque titulos recentiores cruces quoque esse inscriptas (veluti n. 6 22 61 62 63 66 67 74 103 160); sed sunt illae cum sepulcralibus vetustioribus earundem regionum aliquanto artiore vinculo coniunctae, ut infra apparebit.

Prorsus singularis est titulus n. 185; quanquam enim interpretationis adhuc incertissimae, tamen aperte ad castrum aliquod Romanum saeculi quinti sextive spectat.

TEMPORA 7. Temporum autem notas, quas cum maxime desideramus, si titulis recte uti volumus, statim fatendum est deesse in eis paene omnibus. Conposui quidem in indice altero (infra p. 93) temporum aliquot indicationes, quas aut certo aut probabiliter licet ex titulis quibusdam derivare. Sed pertinent eae ad reliquas potissimum Britanniae regiones et ad instrumentum domesticum, quinque tantum exceptis (n. 62 120 130 149 160). Illae autem quinque, simodo certae sunt, hoc tantum docent, inter saecula a septimo ad nonum fere cadere monumenta ad quae pertinent; quod aliunde satis constat. Quaeritur possitne etiam titulorum reliquorum temporum notis omnino carentium, qui plurimi sunt, aetas aliqua sane cum probabilitate paullo accuratius definiri. Tria sunt, unde talis quaestio ordiri potest: res in titulis memoratae, sermo eorum, litterarum formae. Deinde consentaneum videtur esse ad Romanum morem magis accedere titulos christianos vetustiores, minus cum illis similitudine coniunctos esse recentiores. Ita ut quo magis a vetusto more titulus aliquis recedat argumento lingua litteratura, eo fere recentior habendus esse videatur. Quae tamen observatio, ut in universum sane probabilitatis numeros omnes in se habet, certis finibus est circumscribenda. Hoc ut recte fiat, infra primum

[1]) Asterisco notavi monumenta lectionis interpretationisve incertae.

rationem eam consideremus necesse est, qua nomina defunctorum in titulis plerumque, ut dixi, sepulcralibus inscripta sunt: reliqua deinceps postea examinabimus.

In titulis christianis Hispanicis edendis eam secutus sum rationem, ut qui certas ob causas, quales ibi facile deprehendas, saeculo circiter octavo antiquiores habendi sunt tituli, eos una exhiberem in priore operis parte, reliquos vero omnes, utpote saeculo octavo fere recentiores, conicerem in appendicem. Ea divisio etiam in Britannicis quo minus institueretur ipse numerus titulorum non magnus lectorumque commoditas videbantur inpedire; deinde de tempore cui singuli tituli attribuendi sint tam anceps est quaestio tamque lubrica, ut maluerim coniunctos exhibere cum vetustioribus recentiores, quam seiunctis illis de reliquorum aetate nimia cum confidentia iudicare. Seclusi tantum, ut iam monui, paucos eosque recentissimos, reliquos proposui coniunctos, ut hoc demum loco de temporibus aliquanto adcuratius quaererem.

8. Itaque ut incipiamus a nominibus defunctorum, vetusto Romanorum more genetivo casu inscribi solebant filii et patris nomina, veluti in hisce exemplis: Nomina

Anatemori fili Lovernii n. 147
Bonemimori filli Tribuni n. 13
Camelorigi fili Fannuci n. 95
Caturugi fili Lovernaci n. 231
Conetoci fili Tegernomali n. 12
Dobunni fili Enabarri n. 25
Etterni fili Victor(is) n. 110
Evali fili Deneui n. 99
Evoleggi fili Litogeni n. 98
Figulini fili Locu . . ei n. 138
Macaritini fili Berici n. 80
Neprani fili Conberi n. 27
Quenvendani fili Barcuni n. 91
Sagrani fili Cunotami n. 106
Severini fili Severi n. 87
Trenegussi fili Macutreni n. 108
*Vailathi fili *Urchani* n. 21
Vinnemagli fili Senemagli n. 157
Ulcagni fili Severi n. 14

Genetivos rustice a nominativis in *is* desinentibus derivatos haec quoque exempla videntur habere:

Icuenali fili Eterni n. 139
Vitali fili Torrici n. 9

Ne de *Iuvenali* hic cogitemus, quod in promptu est, lapidis imago videtur prohibere.

Nomina peregrina illa reliqua facile possunt desiisse in *us* (*Anatemorus*, *Fannucus* cet.), ut Latina *Eterni Figulini Severini Severi*, aut in *ius*, ut *Lovernius Bonemimorius* (si recte hoc idem esse statui atque *Bonaememorius*); observandum praeterea *fili* genetivum ubique forma contracta scribi secundum vetustam consuetudinem. Si *Bonemimori* et *filli* scripturas unius tituli n. 13 exceperis.

omnia haec tam altero tertiove saeculo scribi potuerunt quam quinto sextove; *Tribuni* forma in eodem titulo non necessario pro *Trebonii* habenda est, sed potest *Tribunus* nomen fuisse.

Contra sermonis Latini legem genetivo casui, quo nomen defuncti positum est, additur *filius* nominativus in hisce:

Barrivendi filius Vendubari n. 88
Boduoci filius Catotigirni n. 71
Cunocenni filius Cunoceni n. 48
Dob . . . i filius Evolengi n. 109
Dervaci filius Iusti n. 50
Latini filius Magarii n. 17
**Nemni filius Victorini* n. 45
Solini filius Vendoni n. 111
. . us . . nih . . i filius Cuuri . . cini n. 148

Similis videtur esse pluralis hic:

Nonnita Ercili Viricati tris fili Ercilinci n. 10

ubi *Nonnita* tantum nominativi formam habet. Comparandum cum illo hoc est:

(*illi*) . . . *duo filii Liberali* n. 209

Simile etiam hoc:

Cantiori Venedotis cive(s) fuit consobrino(s) Magli magistrati n. 135

Quod ultimum exemplum eo ducit, ut ita fortasse intellegendos esse censeamus titulos hosce:

Barrivendi hoc est sepulcrum; is *filius* fuit *Vendubari*

Nam nomina illa velut *Barrivendi* breviata esse in *i*, sicut gentilicia Romana in *ius* vetusto more in *i* breviabantur, id nemo facile statuet.

Raro defuncti nomen nominativo casu legitur, ut in his:

**Decabarbalom filius Brocagni* n. 113
Tegernacus filius Marti n. 58
Trenacatus filius Maglagni n. 114
Vetta f. Victi n. 211
Ulcagnus fius Senomagli n. 90

In his primi exempli nomen incertum est. Mulierum vero nomina utrum nominativi an genetivi sint incertum; hoc probabilius:

Oruvite mulier Secundi n. 150
Restece filia Paternini n. 125
Tunccetace uxsor Daari n. 101

Adde hoc:

Evali fili Dencui. Cuniovende mater eius n. 99

Barbare vero interdum aut patris nomen pro genetivi nominativi formam habet, scilicet in his:

Catacus filius Tegernacus n. 35

aut defuncti genetivo, patris nominativo effertur, ut in:

Cnegumi fili Genaius n. 5
**Valci fil. V..aius* n. 30

aut denique ad nominativum defuncti *fili* genetivus additur, ut in mutilo hoc:

*..*pugniacio fili Vendoni* n. 49

Nisi in his inverso omnino ordine patris nomen praecedere, defuncti sequi statueris, contra morem. Anceps etiam hoc est:

fili Lovernii Anatemori n. 147

Raro post defuncti nomen patris statim sequitur addito in fine *fili* vel *filius* vocabulo, ut in:

Rialobrani Cunovali fili n. 2

**Drustagni Cunomori filius* n. 20
Quenatauci Dinui filius n. 3

Curcagnus ...urivi filius n. 85

Broeagan **Nadotti filius* n. 15
**Cilroron Vilici filius* n. 19

In quibusdam nomina nulla omnino flexionis vestigia exhibent, ut:

**Catgug fius Gideo* n. 52
**Hiroidil filius Carotinn* n. 122
**Ianert filius Iacobi* n. 120
**Margeteud f. Ecettey* n. 96

Quae omnia incertae etiam lectionis sunt; similiter in titulo n. 160 leguntur:

Concenn filius Catteli, Catteli filius Brohcmail,
Brohmail filius Eliseg, Eliseg filius Guilloauc

et

..*brituat..m filius Guarthi*

aut addita flexione aut omissa. Mutila denique haec sunt:

Regin.. filius Nurintii n. 84
Pauli... fili Ma.... n. 68
....*s...curi* n. 52

In regionibus quibusdam, quas Celticae originis gentes habitaverunt, veluti in Lusitania et Callaecia, Graeco fere more *filius* vocabulum omnino omitti, patris genetivo puro indicari notum est. Eius consuetudinis etiam in Britannia videntur haec extare exempla:

**Aviti Noromerti* n. 164
*Artmali *Tecani* n. 62
Caelexti Monedorigi n. 128
Clotuali Morhatti n. 230
**Dixtuidoci Conhinoci* n. 29
Iohannis Moridici n. 44
Saumilini Torisaci n. 159
Vitaliani Emereto n. 102

Caelexti genetivus est rustice ita pro *Caelestis* scriptus. *Emereto* barbare pro *Emeriti* positum videtur.

Rarius in hoc quoque ordine defuncti nomen nominativo datur, ut in:

Maccu Decceti n. 154
**Obarrus Conburr* n. 152
Tir . . us Catiri n. 54

Nulla vel incerta flexionis vestigia haec habent:

**Alhortu Seimetiaco* n. 146
Briamail Flou n. 40
**Mail Domnc . .* n. 93

Incerti unumne an duo nomina indicentur haeremus in hisce:

Caroseniargii aut *Caro Seniargii* n. 133
**Cenlisini . . . . .* n. 118
**Dalucdusnelvi* aut *Daluc Dusnelvi* n. 119

Adde hoc:

Conbellini possuit hanc crucem pro anima eius Scitlivissi n. 67

Non desunt denique, quanquam rariora sunt et in recentioribus fere obvia, defunctorum nomina simplicia aut genetivo casu posita aut nominativo, quae satis est conposuisse in indice VII (p. 94). In reliquis vero omnibus, ubi duo omnino nomina sola exhibeantur, filii cum patris indicari certum est.

Adde exempla haec solitaria, in quibus *pater* nominatur:

*anc crucem *Ilovelt properabit pro anima *Res patres eius* n. 63

et

Cantusus pater Paulinus n. 77

ubi alter uter certe nominativus pro genetivo intellegendus est.

Semel tantum praeter patris etiam proavi, non, quod expectaveris, avi nomen additum est:

Boduoci filius Catotigirni pronepus Eternali Vedomavi n. 71

Eternali genetivus est ab *Aeternalis* nominativo. Semel item alius adfinitatis gradus additur:

Cantiori Venedotis cive(s) fuit consobrino(s) Magli magistrati n. 135

Interdum autem tertium nomen additur, quod utrum ad filii an ad patris referendum sit non liquet:

Clutorigi fili Paulini Marinilatio n. 97
Maroh . . fili Lunarchi Cocci n. 233
Sarini fili Macco Decheti n. 26
Turpilli puueri Triluni Dunocati n. 34

In his *Marini latio* fuerunt qui dividerent in duo vocabula; magis videtur pro genetivi forma barbara habendum esse. *Puueri* videtur filium puerum indicare, non servum. Cum *Macco Decheti* nominibus conponenda *Maccu Decceti* n. 154. Accedunt exempla haec, primum incertae lectionis:

Salvianus Bursocavi filius Cupetian n. 132
Talori Adventi Maqueragi filius n. 83

Deinde:

Meli Medici fili Martini n. 142

in quo etiam de medico cogitari potest. Item filii vocabulo omisso haec exempla extant:

**Biadi Acibogibe . . Ve . . .* n. 89
Fanoni Maquirini Sagranui n. 24

In quorum altero *Sagranui* in parte lapidis postica scriptum est, ut num omnino cum anticae nominibus coniungendum sit non liqueat. Nomina duplicia praeterea haec observantur:

Corbalengi Ordous n. 115
Eternali Vedomavi n. 71
Punpeius Carantorius n. 69

Venedotis cives cum dicatur fuisse Cantiorus ille et *Ordous* Corbalengus, de *Venedotes* et *Ordovices* populorum nominibus (vide quae de Venedotia adnotavi ad n. 135) cogitare pronum erat. Sed utrum *Carantorius Cocci Cupetian Decheti Dunocati Maqueragi Marinilatio Medici Sagranui *Ve . . . Vedomavi* item pro gentis populive nominibus habenda sint valde dubitandum est. Rarissime in his titulis defunctorum quales condiciones fuerint dum vita fruuntur indicatum est (v. indicem VI p. 94), si exceperis incertae interpretationis titulum n. 185; itaque nomina illa duplicia omnia certe ad patrias indicandas addita esse vix est probabile.

Nomenclaturae huius Britannicae legem peregrinam omnino esse, non Romanam, adparet. Rara etiam sunt Latinae originis nomina, veluti *Adventus* n. 83 *Avitus* n. 164 *Caelextis* n. 128 *Cupetianus?* n. 132 *Emeretus* n. 102 *Eternalis* n. 71 *Eternus Etternus* n. 110 139 *Figulinus* n. 138 *Iustus* n. 50 *Latinus* n. 17 *Liberalis* n. 209 *Martinus* n. 142 *Martius* n. 58 *Medicus* n. 142 (si modo

nomen est) *Memor* n. 209 *Nobilis* n. 162 *Nonnita m.?* n. 10 *Nuvintius* (*Norentius?*) n. 84 *Paterninus* n. 125 *Paulinus* n. *68 77 82 97 *173 *Salvianus* n. 132 *Saturninus* n. 153 *Secundus* n. 150 *Senicianus* n. 223 *Severinus* n. 87 *Severus* n. 14 87 *Solinus* n. 111 *Suasa m.?* n. 153 *Tribunus?* n. 13 *Veracius* n. 145 *Victor* n. 110 *Victorinus* n. 45 **Urbicus* n. 60 *Vitalianus* n. 102 *Vitalis* n. 9; item quae per orbem christianum latissime propagata sunt ex sacris scripturis desumpta, velut **Gideo* n. 32 **Iacobus* n. 120 *Iohannes* n. 44 46 *Samson* n. 61 62 *Samuel* n. 61 *Thomas* n. 76, aut quae a christianis hominibus inventa aut saepius usurpata videntur Latina et Graecanica, qualia sunt *Bonemimorius* n. 13 *Bonifatius* n. 221 *Exsuperius* n. 216 *Macaritinus?* n. 210 (cf. *Magarii* n. 17) **Nicholaus* n. 210. *Iustiniani* et *Vindiciani* nomina n. 185 hic non curo; *Turpilli* n. 34 cum Turpiliis Romanis vix conponendum.

In recentioribus titulis quaedam extare originis Anglosaxonicae sive ut nunc iam dicere iubemur Anglicae consentaneum est. Sunt autem haec fere (omissis regum reginarumque nominibus aliunde notis) *Adhuse* n. 178 *Arvini* n. 177 *Berchtgyd m.*[1]) n. 194 *Berchtvini* n. 187 **Bosa m.* n. 183 *Brand* n. 180 *Bregusvid m.* n. 196 *Bugga m.* n. 184 *Ceolfridus* n. 198 *Eatbereht* n. 177 *Edilvini* n. 191 193 **Efrard* n. 175 *Frithburga m.* n. 165 **Genered* n. 16 *Grim* n. 175 *Guthlacus* n. 171 *Haward* n. 180 *Heiu* n. 174 *Hereberecht* n. 197 *Hilddigyth m.* n. 190 *Hilditryth m.* n. 189 *Huaetburga* n. 182 *Huscarl* n. 179 *Lothan* n. 181 **Oindus* n. 169 *Oedilburga* n. 182 183 *Sunarleth* n. 199 *Tortsuid m.?* n. 192 193 *Tosti* n. 180 **Trecea* n. 183 *Vermund* n. 192 193 *...berehti* n. 200 *..edveri* n. 200 *..guguid* n. 196. Quibus accedit fortasse *Vetta f. Victi* n. 209.

Reliqua nomina omnia Celticam originem plus minusve apertam demonstrant. Conposui genera eorum secundum derivationis legem. Nominativorum formae, quas hic adscripsi, coniectura partim incerta nituntur; formas in lapidibus servatas cum numeris indicat index VII.

Catacus Dervacus Lovernacus Seimetiacus Senacus Tegernacus Torisacus
**Pugniacio*
Maqueragus
*Boduocus Conetocus *Conhinocus *Dixtuidocus*
Fannucus Quenataucus
Restece
Bericus Moridicus Torricus
Camelorigus Clutorigus Monedorigus

Ercilincus
Corbalengus Erolengus (*Eroleggus*)

Cnegumus Corumus Cunotamus

Catamanus Nepranus Quenvendanus Rialobranus Sagranus (*Sagranuus*) *Suanus Tecanus *Vendbanus *Urchanus*
Catuoconus Fanonus Vendonus
Adiune? Barcunus Dobunus Trilunus (cf. *Tribunus*)
*Cunocenus Cunocennus Dumnocenus *Fortrenus Litogenus Macutrenus*

---

[1]) Littera *m.* mulieres indicantur.

Carotinnus **Cenlisinus* *Cuuri . . cinus* *Maquirinus* *Potenina* *Surinus* *Suumilinus* **Nemni*
Brocagnus *Cunegnus* **Drustagnus* *Maglagnus* *Ulcagnus*
Catotigirnus *Lovernius*

**Artmalus* *Cunovalus* *Evalus* *Icuenalus* (s. *Icuenalis*?)
Turpillus *Senilus*
Brohomaglus *Senomaglus* *Senemaglus* *Vendumaglus* *Vinnemaglus*

Enabarrus *Magarius*? *Vendubarus*
Anatemorus *Cantiorus* *Carantorius* *Culidorus* *Cunomorus* *Talorus* *Velvor* m. . . *oria*
**Annicurus* *Conburrus*?
Catirus

Carausius
Cantusus *Trenegussus*
**Scitlivissus*

Dunocatus *Marinilatius*? **Morhattus* *Trenacatus* *Vailathus* *Viricatus*
Nadottus *Venedotis*
**Rugniauto*
Deccetus *Dechetus*
Nonnita m.?

Bursocavus *Conbevus*
**Dencuus*
V . . . aius
. . . uriri

Barrivendus *Cuniovende* m.

Caroseniargius (s. *Seniargius*) *Lunarchus*

**Noromertus*

Derivationis varietatem fere exhibui; in radices inquirere meum non est. Sed addo vetustiora videri nomina haec praeterea supra iam memorata:

Coccus *Maccus* *Caune* **Hilus* *Maglus* *Melus* s. *Melius* *Daarus* **Oria* *Porius* *Bandus* **Biadus*

Recentiora vero haec extra flexionis Latinae leges posita:

Catgug **Catuc* *Conmarch* *Gaic* *Guoillauc* *Gurmarc* **Ising* *Isnioc* *Madoc* *Madug*
Athrywin *Broeagan* *Cilroron* *Derron* *Drosten* *Eiudon* *Enniaun* *Genillin* *Gurdan* *Gwenlian* m. *Gwilym*
Briamail *Brohemail* s. *Brohmail* *Hiroidil* **Mail*
Ebisar *Mendir* *Wleder* m.

*Bledrus Forcus Goreus *Gurgles*
Ahest Doniert Gryffyt Guorgoret Gurhiret Hovelt s. *Horeint Ianert Iltet *Iperoret Leviut *Pascent *Sinuit*
Margeteud
Brancuf Odelev
Iuthahelo Nertido
Alhortu Artbeu Flou
Ecettey
Grutne
*Guarthi Gurci *Sefroihi*

Observationes hasce si conprehendimus, illud adparet, a vetusta quadam consuetudine, quae illis Britanniae regionibus peculiaris erat nec tamen multum abhorrebat a Romano more Latinaeque linguae legibus, paullatim degeneravisse nominum titulis inscribendorum rationem. Sola autem nominum ratio non sufficit ad temporis discrimina definienda.

FORMULAE 9. Ex formularum usu diversis temporibus diversisque regionibus vario non in christianis tantum titulis, sed etiam in paganis, disciplinam epigraphicam non raro testimonia originis aetatisque certa derivasse notum est. Tituli Britannici christiani paene ad unum omnes dixeris unam tantum habere formulam sollemnem, quae est *hic iacet*: ut demonstrat index IX (p. 96). Verbum in titulis vetustioribus plerisque ita flectitur rustice *iacit*: uno enim excepto (n. 146) reliqui omnes, quos *iacet* habere index docet, aut incertae lectionis sunt aut recentes. In *hic* pronomine aspiratio omittitur non infrequenter. Raro adduntur *in hoc tumulo* vel similia, aut *sepultus*: interdum *iacit* solum positum est. Quae alibi frequentes sunt in titulis christianis formulae, veluti *requievit* et *requiescit in pace* et similes, eae a vetustioribus Britannicis absunt omnino (uno fortasse n. 7 excepto; cf. n. 151): semel praeterea *in pace* ad *hic in tumulo iacit* accedit (n. 125). Notatu deinde dignum, quod semel praeter tumuli loci sepulcri mentionem *congeries lapidum* nominatur (n. 136). Similiter vitae anni (exceptis eodem n. 7 et n. 125), condiciones defunctorum, ut supra iam monui, adduntur paene nusquam. Quas alibi reperimus hominum christianorum denominationes, veluti *famulus Christi* et similes, eae quoque hic desiderantur, si exceperis titulum unum (n. 121), in quo extant haec *homo christianus fuit*, alterumque Caledonicum, qui *sanctos et praecipuos sacerdotes* memorat (n. 205). Unius *magistratus* memoria superest (n. 135), qui cuinam rei publicae adscriptus fuerit prorsus ignoratur: praeterea *fabri* unius (n. 25) et fortasse *medici* (n. 142), nisi hoc nomen proprium est. Quam raro cognationis gradus (praeter filii) memorentur indicat index VI (p. 94). Tituli non multi, qui sepulcrales non sunt, raro item formulas exhibent alibi consolitas, veluti *dedicatio basilicae* (n. 198), *consecrata est ecclesia* (n. 178): praeterea tam in his quam in sepulcralibus *dandi faciendi ponendi aedificandi erigendi* (vel *surgendi*) vocabula interdum adhibentur. Recentiorum fere titulorum propria est *animae* defuncti mentio, pro qua *orare* vel *rogare* iubentur qui legerint. In eisdem recentioribus titulis *praeparandi* vocabulum sive, ut scribitur barbare, *proparandi*, deinde formularum veluti *in nomine dei* et similium usus observatur. Adclamationes christianae, veluti *pax vobiscum*, *vivas in deo* raro et in supellectilis fere titulis tantum reperiuntur. Sunt autem haec omnia quaeque praeterea proferri possunt paullo insolentiora (ut *signum crucis fixi*, quod dicere voluit is qui scripsit titulum n. 94) tam raro tamque non constanter usurpata, ut titulorum Bri-

tannicorum proprietas in penuria magis formularum similium alibi usitatarum quam in certo quodam earum usu quaerenda videatur. Itaque etiam ea aetate remotam fere a reliquo orbe christiano vitam degisse ultimos Britannos neque mari tantum divisam inde concluseris.

10. Carmen sepulcrale unum tantum servatum est (n. 82), sermone barbarum, sed ad exemplum satis bonum compositum. Quod semel versiculus aliquis Martialis adscriptus est, maioris momenti esset, si de tituli eius aetate constaret (n. 134). Reliquorum alterum non christianum est, sed poetae alicuius pagani ab homine christiano pavimento domus insertum (n. 31), alterum re et forma recentissimum, i. e. saeculi fortasse non octavi, sed undecimi. CARMINA

11. Chrismatis quod vocatur signum non eadem semper et ubique forma ab hominibus christianis adhibitum esse constat. Quae, ut index XIII (p. 99) demonstrat, in Britannicis titulis extant eius formae ☧ et ⳨, si unam exceperis in titulo n. 31, qui vetustissimus fortasse omnium est pavimento tessellato inscriptus, easque, quae sub titulo n. 1 conposui, aut ad Caledoniam pertinent Northumbriamque aut ad instrumentum domesticum, quod non necessario originis Britannicae esse putandum est. In Cambricis Dumnonicisque quae inveniuntur cruces aut simplices aut circulo rotave inclusae (*wheel crosses* vel *bakers crosses* ab Anglis dictae) aut supra in fastigio lapidis sive in lateribus eius exculptae aut scripturae antepositae satis recentis originis sunt: exemplum eius fortasse vetustissimum est tituli n. 9. Maior autem earum pars in titulis legitur minusculis litteris scriptis: alias in titulis antiquioribus posteriore demum tempore additas esse diserte traditur (ut in n. 48 89 107 109). Semel crux oblique iacens, simodo crux est, deprehenditur: sed ea quoque recentior videtur esse quam titulus ipse. Idem dicendum est de litteris A et Ω; rara enim earum exempla aut recentia sunt aut Caledoniae propria aut instrumenti domestici. SIGNA ET SYMBOLA

Reliqua symbola in aliarum regionum titulis christianis obvia, palmae aves pisces similia, in titulis Britannicis prorsus deficiunt.

Itaque illud tantum ex signorum illorum observatione perspicuum est, abesse ea a vetustioribus titulis Britanniae christianis. Unde si aliis indiciis nullis christianos eos esse constaret, incertissimo sane opinio illa niteretur fundamento.

12. Conposui in indice X (p. 97) quaecunque ab optimae aetatis Latinitate abhorrent in titulorum Britannicorum sermone. Quae si universa consideraveris, vix quidquam in eis deprehendes, quod non repertum sit etiam in priorum aerae nostrae saeculorum sermone rustico. Tituli plerique ita conparati sunt, ut praeter nomina et *hic iacit* formulam nihil fere contineant, e quo sermonis observantia possit deduci. Atque *hic* illud frequentius ita recte scribitur; rarius omissa aspiratione ita *ic*. Contra paene constanter *iacit* scriptum est, non *iacet*; ut recte iam observavit I. Rhys (*inscribed stones of Wales* p. 11 et alibi). Eiusdem fere generis reliqua sunt: num re vera cum flexionis Latinae formis confusae sint a Britannis in hisce et similibus Celticae linguae formae, ut statuit vir ille doctissimus, equidem puto dubitari posse. Sunt quaedam sane barbariae peculiaris testimonia, veluti *properare* illud pro *praeparare*; deinde *Critdi* et *santdi* pro *Christi* et *sancti*, *fius* pro *filius* (simodo certum est), *filli Turpilli* (quod nomen supra iam dixi fortasse vix conponendum esse cum Turpiliis vetustis Tusculo oriundis), deinde *ammulantibus dommus* et *sumi surexit insit pientisimus* et similia, *fingsi singno*, *benedixio oblacio*, *Caelexti*. Sed ea si examinamus adcuratius, primum multa eorum ad recentiora quae saepius LINGUA TITULORUM

dixi monumenta pertinere videmus, deinde alia redire in titulis paganis tam reliquarum provinciarum quam ipsius Britanniae. Ita ut tantum ex indice grammatico voluminis Britannici (C. I. L. VII p. 344) pauca promam: communis est omni paene linguae Latinae aetati inde a saeculo fere tertio *ae* et *e* sonorum confusio, aspirationis sive scribendae sive omittendae libertas; in titulis Britannicis paganis iam reperiuntur genetivi in *i* a nominativis in *is* deflexi (ut in *Caelexti*), in regionibus a Celtis olim habitatis omnibus nominativi alterius declinationis in *os* (veluti *consobrinos*). Eandem sermonis aequabilitatem demonstrat genetivorum a nominativis in *ius* derivatorum in *i*, non in *ii*, frequentia (veluti in *fili*), quam supra iam memoravi. Ex sola igitur sermonis Latini in his titulis forma, quamvis non pauca habeat memoratu digna, tamen ad singulorum titulorum aetatem adcuratius definiendam non plura proficimus, quam ex nominibus hominum, formulis, signis symbolisque.

Quam rara sint in titulis Britannicis consueta alibi scripturae conpendia index XII docet (p. 98); a vetustioribus enim titulis illa prorsus absunt, in recentioribus non reperiuntur nisi omnium maxime communia. Itaque ea quoque re tituli hi omnino differunt a reliquarum provinciarum christianis.

Sed accedit aliud momentum titulis hisce Britannicis peculiare, quale frustra quaesiveris in reliquarum provinciarum imperii Romani reliquiis christianis. Bilingues enim sunt tituli undeviginti, scilicet inscripti tam Latinis litteris quam Celticis. Litterae Celticae, quas *Ogham* vocant indigenae, ex monumentis Hibernicis potissimum iam notae erant atque inde fere a saeculo proximo medio acri quidem studio sed successu non semper prospero investigatae sunt a viris doctis Hibernicis Anglicisque. Hodie in actis academiae regiae Dublinensis potissimum atque in annalibus societatis archaeologicae olim Kilkennensis nunc Hibernicae quae certo de eis explorata sunt reperiuntur conlecta. Atque debentur ea inprimis Iacobo Graves episcopo Limericensi, Samueli Ferguson, Iohanni Windele, Guilelmo Williams, Ricardo Rolt Brash, G. M. Atkinson, aliis; e Britannis Daniel H. Haigh nuper in eas inquisivit (*journal of the Kilkenny archaeological society* ser. II 2, 1858 p. 170 ss.). Academiam Hibernicam etiam horum titulorum corpus parare nuper audivi (I. K. Ingram *Academy* 1875 p. 219). Monumenta vero illa Hibernica, quorum scriptura etiam e codicibus manu scriptis inlustratur, Hibernice conscripta sunt omnia, non Latine, atque aequalia fere aetate titulis lingua litterisque Hibernicis scriptis, quos supra dixi a Georgio Petrie conlectos esse (cf. quae de eis dixerunt Anonymus Archaeol. Cambr. ser. IV 1, 1870 p. 101 ss. et I. Rhys ibidem 5, 1874 p. 90 ss.), paucisque eiusdem generis Caledonicis (cf. I. Stuart *sculptured stones of Scotland* I p. 31 tab. LXV et D. Wilson *prehistoric annals of Scotland* p. 506 s.). Unus tantum repertus est titulus in *Killeen Cormac* prope *Dunlarin*, *Kildare*, qui praeter vocabula aliquot Hibernica Celticis litteris scripta etiam Latina haec dicitur habere

iuvere Druvides aut *iuvene Druvidis*

(v. I. F. Shearman *proceedings of the Royal Irish Academy* 9, 1867 p. 253 ss.; D. H. Haigh *the monasteries of S. Heiu and S. Hild* cet. p. 39). Quae utrum recte lecta sint necne hic non curo (Druidae sane vocabulum, ut videtur, incredulis nobis suspicionem movet); praeterea nomina tantum aliquot originis Celticae, ut expectaveris, tam in Hibernicis titulis reperiuntur quam in Britannicis (cf. quae adnotavi ad n. 14 et 34). Illud vero certum est, litteras titulorum Britannicorum Celticas, quanquam eiusdem certe originis atque Hibernicas, praeter alia etiam eo differre ab Hibernicis, quod cum Latinis litteris in eisdem lapidibus iunctae reperiuntur plerumque.

Scilicet adhuc innotuerunt eius generis tituli tres Dumnonici (n. 17 24 25), Cambrici quindecim (n. 34 48 69 88 89 94 102 106 108 109 110-113 114 116 159), Caledonicus unus (n. 213); quibus accedunt duo inscripti litteris Celticis solis (n. 81 107: unus eiusdem generis incertus est n. 51); denique Caledonici recentiores cum Hibernicis magis conparandi quattuor (n. 21*—24*). Mere Celticos duos omittere nolui, cum inlustrent bilingues atque in vicem ab eis inlustrentur. Quosdam eius generis adhuc latere nondum observatos probabile est (v. adnotata ad n. 117). Extant in titulis illis litterae Celticae, quae lineis tantum constant et punctis certo numero coniunctis secundum eius scripturae legem in angulis lapidum incisae, leguntur que vocabula ita, ut ab imo sursum procedas; quae consuetudo a palis cultro incidendis derivatur probabiliter. Vere autem bilingues esse omnes in universum credendum videtur esse eis, qui litterarum Celticarum interpretationem simplicem sane proposuerunt: singula vero adparet interpretationis esse admodum dubiae. Unde a conparandis nominum formis, quales legantur aut in Latina titulorum parte aut in Celtica, equidem abstinui utriusque linguae in eisdem titulis usum indicare contentus. Constat litteraturae Celticae iuxta Latinae usum durasse fere ad saeculum decimum undecimumve; incertum vero est quando inceperit. Qua in re diiudicanda minime certe sequenda videtur magniloquentia hominum aliquot Hibernicorum Cambricorum Scotorumque, eorundem Ossianicae poesis hypophetarum, qui ad primum aerae nostrae saeculum aut ad remotiora etiam si dis placet tempora eam revocant; sed tamen titulos bilingues plurimos sane inter huius syllogae monumenta vetustissima numeranda esse infra adparebit. Itaque quamvis certa temporis definitio ne ex Celticarum quidem litterarum usu adcrescat titulis Britannicis christianis, tamen et illae in censum vocandae sunt de temporibus eorum quaerenti.

Multo sine dubio recentiores ei sunt tituli, in quibus Celticum sermonem Latinis litteris consignatum videmus (cuius fortasse generis hi sunt n. 6 124 126 208 212 213); id quod scripturae forma demonstrat.

13. Iam igitur eo delapsi sumus ut, cum neque ex temporum notis inscriptis neque ex nominum formularum signorum symbolorumve usu nec denique ex sermonis proprietatibus aetatem titulorum adcuratius definiri conpertum haberemus, formam scripturae, quae sola restat consideranda, cum cura explorandam esse videamus. Scripturae varietas illa cum typis exprimi non posset, sed imaginibus tantum ad ectypa titulorum fideliter delineatis, academia regia Borussica inpensae in eam rem necessariae partem meo rogatu in se suscepit. Delineatae sunt imagines meae, ut inscriptionum christianarum Hispaniae, in Hugonis Bürkner Dresdensis officina celeberrima. Summa id me egisse cura, ut titulorum imagines fierent quam fidissimae, vix est quod moneam; atque adiuvit meam hanc curam non leviter Rhysii oculorum acies iudiciique subtilitas. Tamen in eis potissimum lapidibus, in quibus standum nobis erat in exemplis vetustioribus, fidem hic illic adhuc desiderari non mirabuntur periti, qui quam rari sint probi inscriptionum descriptores non ignorant. Scripturam igitur si consideramus, duo primum genera titulorum deprehendimus distinguenda esse, alterum eorum qui maiusculis litteris scripti sunt, alterum qui minusculis (v. indicem XI p. 98). Atque hos quidem facile intellegitur recentiores esse quam illos, ut supra saepius monui; itaque ab illis incipiendum. Praeterea in recentioribus solito modo scriptura dextrorsum decurrens in facie titulorum ita conlocata est, ut de plano recte legi possit. Diversa vero est scribendi ratio in titulis vetustioribus.

SCRIPTURAE FORMA

Celticas litteras in marginibus lapidum incisas ab imo lapide sursum procedere supra dixi; contraria ratione in titulis antiquioribus longe plurimis a summo lapide scriptura incipiens

ad imum descendit, ita ut aegre a stante legatur. Quam rationem scribendi similemve cum supra monuerim deprehendi in lapide Eporediensi aliisque fortasse eiusdem generis quibusdam monumentis, ibi ea inde videtur explicanda esse, quod quo modo conlocati fuissent lapides illi omnino nullius momenti erat. Britannici vero tituli magna ex parte reperti ibi, ubi antiquitus positi erant, aperte ex indigenarum scribendi consuetudine, quam supra indicavi, conlocationem illam scripturae peculiarem derivarunt. Ita in titulis bilinguibus duplex scriptura contraria ratione disposita est, ut docent exempla, quorum de conlocatione constat (n. 17 24 25 34 69 106 110 114 116 159). Aliquot postea inverse conlocata sunt (n. 48 88 89 102 108 109): unius conlocatio primaria ignota est (n. 113). Similiter etiam in Latinis titulis plerisque scriptura disposita est (n. 2 3 4 5 9 10 11 12 13 14 15 20 21 23 26 27 29 30 42 44 45 46 50 53 54 58 59 64 71 77 78 80 84 85 92 95 99 111 115 117 118 119 124 130 131 135 137 142 154 157 164 209 232): ubi contraria ratione procedit (n. 37 91 101 127 139 140 146 162 230 231 233), posteriori hoc inversioni debetur. Etiam ex titulis qui scripti sunt litteris minusculis unus (n. 116) cruci inscriptus et olim bilinguis eandem servavit scripturae conlocationem. E vetustioribus litteraturae maiusculae pauci tantum communem secuntur consuetudinem (n. 6 7 125 *134 136 144 145 150 151 205 206 211 213). Non paucorum denique titulorum dolendum est ignorari conlocationem primariam: etenim aut locum mutaverunt tempore recentiore aut quemadmodum conlocati fuerint non satis observatum est (n. 1 16 18 28 32 35 36 38 39 49 52 55 56 60 68 82 83 97 98 105 112 120 121 128 132 133 141 147 152 155 158). Ex peculiari illa scripturae conlocatione, quam Britannicam nuncupare possumus, etiam illud explicandum videtur, quod non raro singulae litterae inverse positae sunt: cuius neglegentiae exempla conlecta sunt in indice XI (p. 98).

Singulas litterarum formas si consideramus, aliquot earum peculiares, veluti A Ā C Є ϛ et 3 (pro G) H (pro N), immixtas videmus simplicibus: hae sine dubio antiquiores sunt, recentiores illae. Praeterea aliquot minuscularum litterarum exempla, velut b d h q f τ, inter maiusculas plerasque observantur. Peculiaris deinde est titulis etiam vetustioribus I littera iacens. Quam semel tantum (n. 133) in fine infra duas I I positam interpunctionis vicem obtinere dixeris, simodo ibi omnino pro littera est: praeterea plerumque in fine versus posita ad eandem fortasse originem revocanda atque reliquae litterae inverse conlocatae. Praeterea M litterae forma haec m in titulis Britannicis (n. 12 26 162 164 230 233: 158 enim incertus) fortasse primum reperta est: quod Westwoodius eam olim (Archaeol. Cambr. 1, 1846 p. 303) recta via deductam esse statuerat ex Phoenicia M litterae forma (ꟸ), id ipse hodie vix defendet. Sed potest uncialis quae vocatur ᗰ in libris scriptis a saeculo fere sexto ineunte usurpata inde ducere originem, de qua aliunde non videtur constare apud palaeographos. Etiam litterae ligatae in titulis hisce rarissimae sunt (v. indicem XII p. 98): peculiares vetustioribus Fl et LI litterarum nexus tantum videntur esse. In recentioribus praeterea E et T ligantur more novicio.

Haec fere sunt, quae in titulorum Britannicorum litteratura peculiaria licet observari. Quae si cuncta considerabuntur, tres fere aetates secundum scripturae formam distingui posse adparebit. Priori sive vetustissimae hi tituli adscribendi sunt n. 13 14 25 48 49 54 68 82 85 87 92 99 102 106 114 115 128 131 133 135 137 139 140 142 157 231 232 scripti more Britannico, ut breviter dicam, omnes. Quibus accedunt more Romano scripti hi n. 7 125 136 144 145 150 153, quos tamen hanc ob causam non putaverim inter vetustiores esse vetustissimos. Alteri aetati aliquanto iam recentiori tribuendi videntur tituli hi n. 1 2 3 4 5 9 10 12 17 20 24 34 52 55 56 69 71 77 80 83 84 88 89 91 95 97 98 101 109 110 111 127 146 147 154

158 159 162. Certa huic ordini scripturae Romano more conlocatae exempla non insunt. Tertiae aetati paullo etiam recentiori, quae tamen praecessisse videatur ei tempori quo litterae minusculae tantum solebant adhiberi, eos titulos attribuo, in quibus minuscularum litterarum usum videmus incipere, scilicet n. 6 11 15 18 21 23 26 27 28 29 30 32 35 45 50 53 58 59 64 94 108 112 118 119 120 121 130 148 149 151 230 233. Romano more ex illis scripti sunt duo tantum (n. 6 151). Tituli Celtice inscripti e priore ordine hi sunt quinque n. 25 48 102 106 114; ex altero hi novem n. 17 24 34 69 88 89 109 110 159: e tertio duo tantum n. 94 108. Sed ne recentiore quidem aetate etiam in Britannia, ut in Hibernia et in Caledonia, Celticarum litterarum usum plane desiisse demonstrant n. 116 et 213.

Qui non ignorant quam lubrica sit aetatum ex litteraturae forma discriptio, non obliviscentur titulorum Britannicorum divisionem hanc non pro certa in singulis me dare, sed probabilitatem tantum in universum me sequi. Alteri vero aetati illi aequales fere sunt secundum scripturae formam inter reliquae Britanniae titulos hi n. 185 205 206 207 209 211, tertiae hi n. 172 175 198 199 reliquique fere Anglosaxonici, quos saeculi circiter septimi esse omnes probabile est. Ex hac etiam conparatione efficitur id quod ipsa titulorum contemplatio docet, scilicet vetustissimos incipere inde ab eo tempore, quo tituli Romanae aetatis desinunt, i. e. saeculo fere quinto medio sextove ineunte; alterius ordinis adscribendos esse saeculis sexto septimoque, tertii septimo fere et octavo. Artiores enim uni cuique aetati terminos statuere non audeo. In hac vero temporum definitione in universum sine dubio certa firmissimum eius opinionis fundamentum situm est, quam nos quoque in operis inscriptione secuti sumus: videlicet christianorum hominum esse huius syllogae titulos omnes, quamvis indiciis fidei christianae alioqui solitis careant plerique. Tamen fatendum est, siquis argumentis aliunde quaesitis (quae cuius generis futura sint sane divinando non adsequimur) adseverare susceperit paganos etiam tum fuisse magna ex parte eos homines, qui titulos vetustiores erexerunt, ei invicta argumenta vix posse opponi. Erunt fortasse qui signorum symbolorumque christianorum penuriam illam referendam esse statuent ad discrimen notum, quod intercessisse traditur inter septimi saeculi ecclesiam Britannicam atque vetustiores fidei christianae in insulis Britannicis adseclas. Quod discrimen num sexto iam saeculo quintoque extiterit viderint earum rerum me peritiores.

Minusculae denique litteraturae titulos ab octavo fere saeculo medio incipere et usque ad decimum deduci statuitur probabiliter. Conveniunt autem optime cum universa hac temporum discriptione quae supra ex nominum ratione, ex formulis signisque, ex sermonis forma derivavimus ad singula eorum genera distinguenda. Ea vero diligentius hic persequi non videtur necessarium esse: e numeris iam eorum conparatis res manifesta est.

Id igitur ratiocinatione hac in praefatione proposita nobis videmur adsecuti esse, ut adpareat monumenta huius syllogae testimonia exhibere non spernenda vitae sermonisque, quales fuerint in Britanniae regionibus quibusdam per saecula illa obscura quintum ad octavum, de quibus nullius fere scriptoris fide digni servata est relatio. Haec si recte coniunguntur cum eis, quae ex posterioris aetatis memoria ante illam fuisse concludi magis potest quam certo sciri, aliquanto vividior inde et plenior quam adhuc licuit depingere saeculorum illorum imago, nisi fallor, existit.

Non dubito fore ut qui cum cura utentur hac sylloge in ipsis regionibus eis degentes, unde tituli proveniunt, quaedam in ea reperiant emendanda; quo si illud consecutus ero, ut multa ab illis nova huius generis monumenta in lucem protrahantur, operae pretium me fecisse mihi persuadebo.

Appendix titulorum Hispanorum

14. Qui his studiis favent non abs re esse iudicabunt quod occasione data addere volui in fine huius syllogae Britannicae additamenta quaedam syllogae christianae Hispanicae ante hos quinque annos a me editae. Quae unde potissimum provenerint quibusque debeantur amicis dixi infra suo loco: hic monere iuvat eos qui legent ut quid similitudinis intercedat quidve dissimilitudinis inter titulos illos christianos Hispanos Gallicos Germanicos atque Britannicos observent indeque etiam, cum propter certas temporum notas illi eisdem fere saeculis quinto ad octavum tribuendi sint, perspiciant qui Britannicorum aetatem ab illorum non differre statuerint, eos quanquam non certis argumentis nisos, at magna tamen probabilitate ita statuisse. Ceterum dum haec inprimuntur addendorum ad additamenta, ut fere accidit in his rebus tractandis, novam mihi praebet opportunitatem museum Hispanicum archaeologicum, quod Rada sociique edere pergunt. Nova enim in eius volumine IV (1875) p. 113 ss. ab ipso Rada proposita est editio imaginibus optimis ornata thesauri Guarrazarensis (inscr. Hisp. christ. n. 159—163), a nescio quo (textum enim nondum vidi) item nova imago tituli trilinguis Dertosani (inscr. Hisp. christ. n. 186), denique a Iosepho Villa-Amil y Castro nova et diligens enarratio crucis, quae in thesauro S. Iacobi Compostellensis est (inscr. Hisp. christ. n. 252), et ipsa imagine perbona inlustrata. Itaque in futurum quoque pergant viri docti Hispani atque Portugallenses monumenta eius generis patria iam nota investigare diligenter novaque in lucem protrahere.

Scripsi Berolini m. Ianuario a. MDCCCLXXVI.

AVCTORES PRAECIPVE ADHIBITI.

Quae hic desiderantur nomina quaere in indice auctorum inserto volumini VII corporis inscriptionum Latinarum (inscriptiones Britanniae Latinae) p. X. Numeri nudi sunt titulorum.

Anonymus in cod. mus. Brit. 37 152 in *Gent. mag.* 17

W. Copeland Borlase *B. A., F. S. A.,* Naenia Cornubiae. *a descriptive essay, illustrative of the sepulchres and funereal customs of the early inhabitants of the county of Cornwall.* Lond. 1872 8. Titulos non continet.

C. Barham 10 12

M. H. Bloxam 156

I. Brooke 180

R. Carr 212 213

Cumming 164

E. Donovan *F. L. S., descriptive excursions through South Wales and Monmouthshire in the year 1804 and the four preceding summers.* Lond. 1805 2 voll. 8. 63

S. Dodd 3

S. Ferguson praef. p. V; 25 26

W. Figg 168

C. Grant Francis 89

W. Gambold 103 105 106

E. H. T. Gibbons 16

C. S. Gilbert *historical, topographical and heraldical survey of the county of Cornwall.* Plymouth 1820, 3 voll. 4. 2 3 5 9 13 17 19 20

A. W. Haddan et W. Stubbs praef. p. I: septuaginta septem tituli huius syllogae ab eis citantur.

D. H. Haigh praef. p. V: 165 168 174 175 177 179 181 182—184 186—197 202 203 221 19* 20*

W. Haslam 1 9 20

W. Jago 6 13 15 16 17 18

M. Johnson 170

Th. Kent 14

Ric. Llwyd 129

I. W. Lukis 59

Sir I. Maclean *the parochial and family history of the deanery of Trigg Minor, Cornwall, Part. I—V.* Lond. 1873—1874 8. (opus nondum ad finem perductum) 15 17

Lewis Morris 125

Oswald 164

I. C. Orelli 92 106

Jones Parry 128 130 139 140

H. T. Payne 35

E. H. Pedler *the ancient inscribed monuments of the British Era found in Cornwall* [ex *Royal Institution of Cornwall, May meeting at Truro, 1862* seorsum expressum] 1 2 3 5 9 11 17 20 21

G. Petrie praef. p. V

I. Raine sen. 229

I. Raine iun. 176 178 218 13*

W. I. Rees 61

A. Rimmer *ancient stone crosses of England.* Lond. 1875 8. Recentiora tantum exhibet.

I. Rhys praef. p. IV: centum duodeviginti huius syllogae tituli ab eo aut inspecti sunt aut editi.

I. B. de Rossi 167

I. W. Rowe 160

Scribo 171

Sir Cuthbert Sharp 188—190 192

E. Smirke 24

Stephen 59 (addit.)

G. Stephens praef. p. V: 106 (addit.) 184 187 188 190

W. Stokes 213

I. Stuart praef. p. V: 205—208 210—214 21*—24*

W. Stubbs v. A. W. Haddan

Alex. Thomson 213

I. H. Todd 212

Sharon Turner 62

R. Vaughan 131—133

W. Thompson Watkin 185

Taliesin Williams 62 63

I. O. Westwood praef. p. III; tituli huius syllogae nonaginta septem ab eo aut editi sunt aut mecum communicati.

I. Wordsworth 134 172 175 178

W. E. Wynne 131

CONSPECTVS.

I. CORNWALL.

1 *St. Just in Penwith*, non procul a promontorio *Lands End*, cippus rep. a. 1834 in muro ecclesiae parochialis et ibidem servatus *in a recess in the chancel*; altus p. 3 dig. 6, latus dig. 14, crassus dig. 9. De positione nil constat. In latere dextro est crucis signum.



Se[ni]lus ic iacit

W. Haslam *archaeol. journal* 4, 1847 p. 302, cuius imaginem sequor; Edmonds Archaeol. Cambr. ser. III 4, 1858 p. 180 in tab. fig. 2, *the Lands End district* p. 62 in tab. fig. 2 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 162); Pedler n. 7; I. Rhys Archaeol. Cambr. IV 5, 1874 p. 333 qui legendum esse affirmat *Senilus*, non *Silus*; nam NI litteras minores postea adiectas esse supra lineam. Priores nihil earum litterarum dispexerunt.

IACET Haslam.

Haslam adnotat ibidem crucem extare, repertam in coemeterio aediculae *St. Helms* in promontorio *Cornwall*, signo christiano ornatam hanc,




Edmonds crucis signum, sed circulo inclusum hoc



cerni ait in lapide inserto muro ecclesiae (*outside in the wall of the vestry*) in *Phillack* vico prope *Gwythian* et *Redruth* (Archaeol. Cambr. 4, 1858 p. 181 in tab. fig. 4, *the Lands End district* l. c.).

---

2 A *Lanyon* dioecesis *Madern* (s. *Madron*) circiter 500 p. (Anglicos), cippus altus p. 9 dig. 11, latus p. 1 dig. 8, crassus p. 1 dig. 7, vulgo dictus *mên scryfa* (vel *scriffys*).



Rialobrani Cunovali fili

Moyle *posthumous works* 1 p. 190 ss. 204; Borlase *Cornwall* p. 357 tab. 30 fig. 3 (inde Polwhele 1 p. 144; Hitchins 1 p. 434; Wright *the Celt* p. 456; Edmonds Archaeol. Cambr. 4, 1858 p. 182 in tab. fig. 6, *the Lands End district* p. 64 in tab. fig. 6); Ed. Llwyd in schedis a Guilelmo Jones missis Ricardo Gough; Lysons magna Britannia 3 p. CCXXI in tab. fig. 3; Blight 2 f. 72; Gilbert *survey* p. 187; Pedler n. 1; I. Rhys nuper vidit.

1 IXLOBRAN — Lysons. 2 CVHOVAL: II — Lysons.

3 'In Barlowena bottom, as you pass from the church of Gulval to that of Maderne' BORL. Cippus pro ponte est, qui *Blewbridge* dicitur. Altus est p. 7 dig. 9, latus p. 1 dig. 8, crassus p. 1.



Quenatauci ic Dinui filius


Moyle *posthumous works* 1 p. 238. 243; Borlase *Cornwall* p. 359 tab. 30 fig. 4 (inde Polwhele 1 p. 200; Lysons magna Britannia 3 p. CCXXII; Hitchins 1 p. 436; Edmonds Archaeol. Cambr. 4, 1858 p. 183 in tab. fig. 6, *the Lands End district* p. 65 in tab. fig. 7; Ed. Llwyd in schedis a Guilelino Jones missis Ricardo Gough et in Goughs Camden 1 p. 17 tab. 1 fig. 3; H. Longueville Jones Archaeol. Cambr. ser. III 9, 1863 p. 288 quem sequor); Blight 2 f. 72; S. Dodd *archaeol. journal* 21, 1864 p. 100; Gilbert *survey* p. 188; Pedler n. 6; I. Rhys Archaeol. Cambr. ser. IV 4. 1873 p. 198.

2 E videtur male effícta esse in lapide pro L; Borlase L habet.

Elementum post primum nomen positum pro interpunctionis signo habuerunt testes oculati omnes, sed vario modo effinxerunt, Moyle ita —, Borlase ≡, Llwyd ᵛE; *Belidinui* Dodd solus legit. Est sine dubio I finalis transverse posita ut saepe, sed supra *c* litteram, non pone eam collocata; Rhys antea putabat legendum esse *Quenatauci Icdinui filius*; nunc mecum *ic* positum esse existimat pro *ic iacet*, quamvis loco non suo.

---

4 *St. Hilary*, cippus nunc collocatus iuxta portam coemeterii, a dextra semitae ad portam ecclesiae ducentis, transverse scriptus ita ut videtur positus fuisse antiquitus.




. . . *noti* . . . *noti*

Blight 2 f. 73; Edmonds Archaeol. Cambr. 4, 1858 p. 181 in tab. fig. 5, *the Lands End district* p. 63 in tab. fig. 5 quem sequor.

Initio videntur posita esse monogrammata; Blight NG et FL litteras in iis exbibet; Jago utroque versu putat indicari AN3, *ang*. Lectio incerta.

5 In via publica, quae ad *Hellston* ducit, prope ecclesiam parochialem *Mawgen* (sive *Mawgan*) vici; unde vulgo dicitur *Mawgen cross*.



Cnegumi fili Genaius ?

Moyle *posthumous works* 1 p. 249 cui misit Ric. Vivian; Borlase *Cornwall* p. 359 tab. 35 fig. 5 (inde Polwhele 1 p. 200; Lysons 3 p. CCXXI; Hitchins 1 p. 443) quem sequor; Gilbert *survey* p. 187; Gough in schedis Oxoniensibus; Pedler n. 5; I. Rhys nuper exanavit.

V. 1 tertium (vel potius quartum) elementum G esse viderunt omnes. In fine eiusdem versus I omisit Borlase. Idem v. 2 lineolam solam dedit, sed 3, i. e. *g*, esse affirmat Rhys. Idem IV, non N legendum esse docet, ut fuerit *Genaius*, non *Genans*.

---

6 *Lanherne Nunnery, Mawgan*, in cruce, quae extat in horto coemeterii. Lapis eo advectus dicitur ex vico *Roseworthy* prope *Gwinnear*. Litterae in basi ab utroque latere sculptae perspicuae sunt et accurate incisae. Tabula octavam circiter verae magnitudinis partem aequat.




bseidetimah?

runhol?

Lysons 3 p. CCXLV in tab. fig. 4; Blight 2 f. 7; W. Jago *proceedings of the society of antiquaries* II 5, 1870—73 p. 484 quem sequor.

8 *Camborne*. in superficie tabulae lapideae, quae mensa altaris erat. Titulus scriptus est in margine tabulae, quam tribuunt saeculo octavo vel nono.




Leviut iusit hec altare pro anima sua

Borlase *Cornwall* p. 401 tab. 36 fig. 6 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 699); I. Rhys vidit.

---

7 *Hayle*, in dioecesi *St. Erth*, rep. a. 1843 in parietinis castelli littoralis in *Carnsew*. Cippus altus p. 6, latus p. 1, crassus dig. 8. Nunc muro viae publicae insertus est iuxta pontem viae ferreae, quae dicitur *West Cornwall*, prope finem occidentalem viaductus, qui est ad *Hayle*.



[. . . . . *in pa*]*ce mul*[*ier*]? *requievit . . . n . . . . cunaide hic* [*in*] *tumulo iacit, vixit annos XXXIII*

Edmonds Archaeol. Cambr. ser. III 4, 1858 p. 178, *the Lands End district* p. 60 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 163). Imaginem photographicam misit Rhys, sed admodum incertam; idem nuper examinavit accurate.

Lectionem exhibeo ab I. Rhys propositam. Initium satis incertum. V. 4 certe non ita intellegendus est, ut voluit Edmonds: *qu(i) nat(us) Do*, i. e. anno quingentesimo. Sed latet potius nomen defunctae.

9 *St. Clemens* prope *Truro*, ubi nunc pro poste iannae est in aedibus vicarii. Cippus supra in crucem terminans circulo inclusam, altus p. circiter 10, latus circiter 1¼.




[*Isnioc*] *Vitali fili Torrici*

Borlase *Cornwall* p. 356 tab. 35 fig. 1 (inde Lysons 3 p. CCXXI; Hitchins 1 p. 432; Wright *the Celt* p. 455); Gilbert *survey* p. 196; A. Way *assoc. journal* 1, 1845 p. 49 et *archaeol. journal* 2, 1846 p. 77; W. Haslam *archaeol. journal* 4, 1847 p. 309; H. Longueville Jones Archaeol. Cambr. ser. III 9, 1863 p. 288 quem sequor; Blight I f. 125 (ex his Haddan et Stubbs 1 p. 163); Pedler n. 4; I. Rhys nuper examinavit.

Editores ultimi observaverunt *Isnioc* vocabulum, quod litteris scriptum est multo et minoribus et recentioribus quam reliqua, postea additum esse. Signum post *Vital* vocabulum positum I esse finalem transverse collocatam adnotat Rhys.

---

10 *Tregoney,* in muro ecclesiae parochialis suburbii *Cuby, at the south-west angle.* Cippus altus p. $4\frac{1}{2}$, latus circiter p. 2.



Nonnita, Ercili, Viricati, tris fili Ercilinci

C. Barham *journal of the R. Inst. of Cornwall* V, 1866 p. 3 et Archaeol. Cambr. 12, 1866 p. 417, cuius imaginem sequor; I. Rhys nuper vidit.

V. 4 *Ercil(i) h(i)c i(acent)* Barham.

11 *S. Michael.* '*With this stone J accidentally met about four miles east of Michel*' Borl. Extat prope cauponam *the Indian Queen,* medio itinere inter *Bodmin* et *Truro* Rhys.




Suani hic iacit(?)

Borlase *Cornwall* p. 364 tab. 36 fig. 5 (inde Polwhele 2 p. 199; Hitchins 1 p. 446; Haddan et Stubbs 1 p. 699, qui inter annos 700—1000 collocant) quem sequor; Pedler n. 8; I. Rhys, qui nuper vidit, desperatae lectionis esse affirmat; haec . . . MAGL- HIC . . . . discernere sibi visus est.

---


12 *St. Cubert,* in turris ecclesiae parte occidentali.



Conetoci fili Tegernomali

H. Longueville Jones Archaeol. Cambr. ser. III 9, 1863 p. 290 ss. quem sequor; C. Barham *journ. of the R. Inst. of Cornwall* V, 1866 p. 9 et Archaeol. Cambr. 12, 1866 p. 426, qui item ligno incisam dat.

13 *St. Columb* minor, *at Rialton house, the house of the Bodmin priors, in the wall of one of the outuildings;* cippus altus p. 5. latus dig. 20.




Bonemimori filli Tribuni

Lysons 3 p. CCXXI in tab. fig. 2 (inde Hitchins 1 p. 448) quem sequor; Gilbert *survey* p. 172 in tab.; W. Jagó *proceedings of the society of antiquaries* II 5, 1870—73 p. 485; I. Rhys nuper vidit adnotatque primum elementum plane B esse, non H.

Lysons tribunum aliquem agnoscit; Jago ita legit *Bonemimor. ill. tribun.* Crediderim subesse nomen *Bonememorius* barbare scriptum. *Tribuni* pro *Trebonii* fortasse positum esse Rhys observat.

14 *Wadebridge* prope *Padstow*, cippus pro poste ianuae est in praedio *Nantscow*, 2½ milia passuum (Anglicorum) distante ab oppido, altus circiter p. 6. latus dig. 13 ad 10.




Ulcagni fili
Severi

Th. Kent *assoc. journal* 1, 1845 p. 49 et *archaeol. journal* 2, 1846 p. 77 (inde Westwood Archaeol. Cambr. IV, 2, 1871 p. 259) ligno incisam dat accurate. Eum sequor. I. Rhys nuper vidit.

Ulcagni nomen in inscriptionibus Celticis Hiberniae legi affirmat S. Ferguson Archaeol. Cambr. ser. IV, 5, 1874 p. 93.


15 *Trigg Minor, Cornwall. 'The base, still known as Long Cross', lies at its original site, the shaft with the inscribed portion is at Doidon headland in the 'parish of Trigg Minor'* Maclean. Nunc *on the lawn in front of the Rectory* Rhys.



Brocagan hi[c] iacit [Nadotti filius]?

I. Maclean *history of Trigg Minor, Part V* (1872) p. 485 (inde W. Jago *proceedings of the society of antiquaries* II 5, 1870—73 p. 483), quem sequor etiam in v. 2 lectione. I. Rhys non vidit.

16 *Lanteglos* prope *Camelford*, cippus iuxta parietem veteris horrei (*near some old earth works and at a place called castle Gough or Goff* Gibb.).




Blight 1 f. 126, 2 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 699 memorant). Habui praeterea exempla duo, quorum alterum Maximiliano Muellero missum est m. Aug. a. 1870 ab Edwardo Theodoro Gibbons (*Werrington Vicarage, Launceston*, *Cornwall*) atque cum Blightii fere consentit, in fine tantum v. 2 ita exhibentur DOHTEYY⟨ↄICVP. Alterum exemplum accepi a Westwoodio; hoc exhibeo. Is adnotat litteras, quae sunt in fine vv. 2 et 3, esse incertissimas.

Titulum lingua Anglosaxonica scriptum esse apparet; omnia vero expedire nondum contigit Carolo Muellenhoffio nostro, qui a me rogatus haec fere mihi scripsit. Certa sibi esse affirmat quae v. 3 legantur *for Älwyneys sôul*, pro Älvini anima. *Älpyneys* enim male scriptum videri pro eo quod esse debuerit *Älwinies* sive *Älwines*; sic enim in codicibus saepe *y* pro *i* et in syllabis in thesi positis etiam pro *e* positum esse. *Soul* nihil aliud esse posse quam Anglosaxonicum *sâul*, *sâwl*, anima; vocabulum illud in codicibus vetustis vix unquam ita *soul* scriptum reperiri, unde titulum hunc facile saeculo XI vel XII tribuendum videri. Quod sequatur ʀ signum non magis sibi perspicuum esse quam litteras insequentes cum *l* superposito. In titulo sepulcrali a parentibus aliisve propinquis posito post verba *for Älwines sôul* vocabulum expectari, quod propinquitatis gradum indicet; hoc facile coniunctum esse posse cum *hiora*, i. e. eorum. Quae initio legantur *Älgeld* & *Genered* nomina fortasse esse virorum; 7 pro *and* (et) in titulis codicibusque frequens esse. Sed exempla nominum illorum deesse, nec facile composita *Gene-* in lingua Anglosaxonum statuenda; etiam ꝺ (i. e. d vel þ = *th*) mirum ibi esse, cum *geld* et *red* in d, non in d terminentur. Neque amplius profici, si *genered* esse statuatur participium servatus, in vita conservatus; tum enim etiam *älgeld* participium habendum esse, quod cogitari nequeat. Deinde, si duplex esset subiectum, expectari verbi formam pluralem, sequi autem POHT E, quod putandum sit esse aut *þohte* (= *thohte*, Anglice *thought*, Germanice *dachte*) — id autem minime huc quadrare —, aut supplendum in PO(R)HTE (= *worhte*, fecit); hoc autem eo etiam commendari, quod þ (th) initio articuli insequentis (instrumentalis) þy aut vocabuli proximi a þ = w diversum sit. Quid sit þyENE incertum esse, ɛ et E formas iuxta usitatas esse in scriptura Anglosaxonica; utra vetustior sit non satis constare. Ꞓ ligaturam esse fortasse E et F litterarum; tum vocabulum versus 2 ultimum *feubotel* esse posse aliunde non notum; sed *botl* (domus, domicilium) et *feo*, *feoh* (*feu*), pecu et pecunia, opes, Anglice *fee*, Germanice *vieh*, vocabula esse. Si titulus in fine mutilus sit atque L pertineat ad vocabulum aliquod insequens deperditum, tum *feubôte* casum obliquum esse posse a *feobôt* compensatio, multa (*Geldbusse*); itaque monumentum, hoc si verum sit, non sepulcrale esse, sed votivum. Ceterum cf. Addenda.

---


17 In *Worthyvale* praedio (*Lord Falmouth's*) prope *Camelford* (1½ *mile*), cippus altus p. 9 dig. 9, latus p. 3 dig. 3, quem olim in pontis usum verterunt (unde dictus est *the Slaughter bridge*). Nunc ibi est *in a wild spot by the brook under the ledge of a rock above the mill* Rhys.



Latini ic iacit filius Magari

Anonymus in *Gent. mag.* 15, 1745 p. 304; Borlase *Cornwall* p. 360 tab. 35 fig. 6 (inde Lysons 3 p. CCXXI; Th. Wright *the Celt* p. 456) quem sequor; Gilbert *survey* p. 203; Pedler n. 3; Maclean *history of Trigg Minor* I p. 583 (inde W. Jago *proceedings of the society of antiq.* II 5, 1870—73 p. 483). I. Rhys, qui nuper vidit, v. 2 G litteram incertam esse adnotat (nam etiam *Magiari*, *Maguari* aut *Mafiari* legi posse) et lineam in fine positam longiorem, quam in imagine mea. Ceterum idem litterarum Celticarum vestigia superesse primus observavit in angulis, praesertim in dextro latere superiore, quae ei visa sunt efficere haec: . . . *ri* . . . .

18 In vico *Laniret* prope *Bodmin*, in muro aedificii vetusti nunc transverse positus, litteris bonis; initio nihil deest.



Annicuri .....?

W. Jago *proceedings of the society of antiquaries* II 5, 1870—73 p. 486 qui delineavit; idem putat *s* finalem esse *of the boat-hook shape in the so called Saxon style.* I. Rhys non vidit.

19 *St. Blazey* (m. p. Anglicorum ab *Par station*). cippus altus p. 7 dig. 6 latus p. 1 dig. 6. crassus dig. 8; scriptus ab utraque parte.



in fronte: + cilroron?


a tergo: vilici + filius?

Borlase p. 399 tab. 36 fig. 3. 4 (inde Lysons 3 p. CCXXIII; Hitchins 1 p. 44; Gilbert *survey* p. 203; Haddan et Stubbs 1 p. 699) quem sequor; I. Rhys vidit.

Borlase adnotat lectionem esse incertam; nam etiam legi posse *Alroron* vel *Cilsoson Ullici filius.* Inter annos p. C. 700—1000 collocat Haddan, qui legit *Arboron Villici filius.* Omnia incerta esse adnotat Rhys.

---

20 '*A mile of* [*from Casteldour*] *is a broken crosse thus inscribed*' Leland. Extat ibidem ad laevam viae publicae ad *Fowey* ducentis, circa m. p. (Anglicos) ab hac urbe prope vicum *Polkerys.* Cippus vulgo dicitur *the long stone*; altus est p. 8, latus et crassus circiter unum. In parte postica crux insculpta est huius formae T.




Drustagni? hic iacit Cunomor(i) filius

Lelandi itinerar. ed. Hearne 3 p. 18 (inde male Hitchins 1 p. 435); Carew *survey of Cornwall* (1602) p. 136; Moyle *posthumous works* 1 p. 178 ss. 189 in epistula ad Musgravium, acceptam a Ric. Vivian); Borlase *Cornwall* p. 356 tab. 30 fig. 2; Ed. Llwyd in Gough's Camden 1 p. 21 tab. 1 fig. 8; Lysons 3 p. CCXXI in tab. fig. 1; Gilbert *survey* p. 188; W. Haslam *archaeol. journal* 2, 1846 p. 388 s. et lapide iterum inspecto 4, 1847 p. 307 (inde Wright *the Celt* p. 156) cuius imaginem sequor; Blight 1 f. 127 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 163); Pedler n. 2; I. Rhys vidit.

1 Duo vocabula priora Lysons et Blight non viderunt. '*Cunomor et filius cum domina Clusilla*' Leland ex memoria aut ex amicorum relatione falsa puto: CERVSIVS Moyle; *Cirusius* reliqui praeter I. Rhys, qui quae dedi supra probabilia esse affirmat, non certa. Scilicet D initio inverse posita ɑ, ut v. 2 w pro M. IACIT reliqui praeter Lysons et Haslam a. 1846. 2 CVNOMORI Haslam in textu, qui addit initio versus utriusque signum aliquod apparere, quod nisi fortuitum omnino pro cruce habendum sit; Blight crucem addit initio v. 2.

21 *Welltown* iuxta *Cardynham*; cippus pro poste ianuae adhibitus. Nunc *by the wall of an outhouse* Rhys.




Vailathi fili Vrchani?

Blight 1 f. 126, 1 cuius imaginem sequor; Pedler n. 9; I. Rhys nuper vidit.

Lectio non satis certa; *Ailathi filiu Rocni* Pedlerus; Rhys v. 2 ante o, non s, certum, elementum autem paenultimum etiam e esse posse adnotat.

22 *St. Neots* prope *Liskeard, Cornwall,* in parochia S. Clarae (*St. Cleer*) Camden. Videtur periisse.



Doniert rogavit pro anima

Camden ed. VI (1607) p. 139 (inde Borlase p. 396: Blight p. 128; Gilbert *survey* p. 203; Haddan et Stubbs 1 p. 699); I. Rhys non vidit.

Camdenus haec adnotat: 'iuxta [*Leskerdam*, ad ecclesiam *S. Gueric*, postea *Neotestow*, nunc *St. Neoth's*], ut accepi, in parochia S. Clarae cernuntur in loco dicto *Pennant*, i. e. caput vallis, duo cippi, quorum alter parte superiore in cathedrae formam excavatur, alter qui *Other halfe stone* vocatur, barbaris characteribus iam fugientibus sic inscribitur ..... Quae ego sic legenda censeo *Doniert: rogavit pro anima*; nisi suspicari lubeat illa punctula : post *Doniert* reliquias esse litterae e et sic legere *Doniert erogavit*, quasi ille terram illam religiosis pro anima erogaverit. *Doniert* autem non possum non existimare illum Cornwalliae regulum fuisse, quem *Dungerth* Annales vocant, et submersum anno salutis 872 [875 *Haddan*] produnt'.

Litterarum formas non bene imitatum esse Camdeni typographum apparet. Sunt enim Hibernosaxonicae quae dicuntur simplices.

II. *DEVON.*

23 *Yealmpton*, prope *Plimstock* et *Brixton*, *Devon*, in coemeterio, cippus altus p. 8 dig. 4, latus p. 2 dig. 3, transverse scriptus. Crucis iacentis signum infra additum fortasse recentius est. Exemplum tituli chartaceum propositum est in conventu instituti archaeologici Britannici a. 1851 in *Bristol* habito, *archaeol. journal* 8, 1851 p. 424.




Goreus

Goughs Camden 1 p. 47 ligno incisum dat a Jones missum, quod exemplum exhibeo; Lysons magna Britannia 6 p. CCCVIII citat tantum; Storer et Greig *antiquarian and topographical cabinet* 4, 1808; I. Rhys non vidit.

Lectio non usquequaque certa.

---

24 In *Fardel manor house* prope *Erybridge, South Devon.* cippus extabat olim: nunc est Londinii in museo Britannico. In lateribus praeterea scriptura Celtica addita est. Cippus altus est p. 6 dig. 3, latus p. 2 dig. 10, crassus dig. 7.




Fanoni Maquirini — Sagranui

Descripsi. E. Smirke *archaeol. journal* 18, 1861 p. 175 ss.; Pettigrew *assoc. journal* 17, 1861 p. 293 ss.; H. Longueville Jones Archaeol. Cambr. ser. III 8, 1862 p. 134 ss. quem sequor; R. B. Brash Archaeol. Cambr. ser. III 15, 1869 p. 164 (cum eadem imagine atque Smirke); I. Rhys Archaeol. Cambr. ser. IV 4, 1873 p. 75.

Fanomi reliqui et imago mea eos secuta; sed quod I. Rhys me monuit, scilicet *Fanoni* clare legi, confirmaverunt a me rogati amici musei Britannici A. W. Franks et A. S. Murray.

Litteras Celticas Rhys nunc ita legit: *Svaqquci* ' *maqi Qici* putatque nomen *Svaqquci* componendum esse cum *cheap, quick* hodierno.

25 Fuit in *Buckland* Monachorum, *Devon*; nunc servatur in *Tavistock*. In angulo litterae Celticae scriptae sunt, quarum imaginem nanciscí non potui. Formam lapidis depictam non habui mensuramque eius ignoro.




Dobunni fabri fili Enabarri

S. Ferguson Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 92 et I. Rhys ibid. p. 173 cf. p. 334 adn. Is mihi ectypum misit litterarum, quod hic repetendum curavi. Litterarum Celticarum has tantum

. . *nabarr* . . .

Rhys legit, diverse a reliquis; ut mihi significavit per litteras. Idem lapide denuo inspecto *filli* potius quam *fili* legendum putat.

26 Fuit in *Buckland* Monachorum, *Devon, at the corner of a blacksmiths shop.* Nunc in *Tavistock* Rhys. Cippus altus p. 7 dig. 2, latus dig. 14 ad p. 1 dig. 6.




Sarini fili Macco Decheti

Lysons magna Britannia 6 p. CCCIX in tab. quem sequor; S. Ferguson *proceedings of the Royal Irish Academy* a. 1871, 3 p. 31; Kilkenny *archaeol. journal* ser. II 2, 1858 p. 184. Habui praeterea imaginem photographicam ab I. Rhys missam, quam item adhibui.

De nomine cf. S. Ferguson Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 92. *Sarin* legebatur, potest autem etiam *Sabin* esse, non *Sagin*, ut recte observavit Rhys.

27 *Tavistock, Devon, on the site of the abbey* (Lys.), cippus altus p. 7, latus dig. 21, crassus 11. Litteris Hibernosaxonicis satis vetustis Rhys.




Neprani fili Conbevi

Lysons magna Britannia 6 p. CCCIX in tab. quem sequor; Storer et Greig *antiquarian and topographical Cabinet* 2, 1807; Wright *the Celt* p. 455; I. Rhys Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 333 q. v. putabatque tum ineditam esse.

NEPOSRANI Storer, ex interpretatione falsa, ut apparet. *Condevi* reliqui. *Conbevi* Rhys, qui putat nomen idem esse atque *Cynfyw* recentius.

28 *Stowford*, *Devon*, cippus rudis, litteris fugientibus. Longus est p. c. 5, mensurae reliquae non indicantur.




Gurgles?

Bristol Meeting of the archaeological Institute 1851 p. LXIX (= *archaeol. journal* 8, 1851 p. 424) ex pictura a duce Northumbriae oblata; quam sequor. I. Rhys, qui nuper vidit, imaginem hanc non esse bonam observat, sed ita potius litteras sibi visas esse

3 u u⁻ 3 I c f

Tertium vero et ultimum elementum incerta fortasse *r* et *s* indicare.


29 *Lustleigh church*, *Devon*, *forming a sill under the door*; cippus longus p. 4, latus dig. 14.



Dixtuidoci Conhinoc(i)?

Lysons magna Britannia 6 p. CCCIX in tab. quem sequor. I. Rhys non vidit. Lectio incerta.

30 *Bowden* (a *Totnes* ad meridiem, intra *Berry Pomerey*, *Harberton* et *Ashprington*), *Devon*, cippus supra in fastigii modum acutus, altus circiter p. 3, latus infra 2.



Valci fili V... aius?

Goughs Camden 1 p. 51 s. ex epistula scripta a. 1744 a B. Trist ad Swintonem. Hunc sequor, nam I. Rhys non vidit.


III. *DORSET.*

31 Prope *Frampton*, m. p. V a *Dorchester*, in dioecesi *Maiden Newton*, iuxta viae Romanae ad *Eggardon camp* ducentis vestigia a. 1794 et 1795 parietinae villae rusticae Romanae magnae et splendidae detectae sunt. Cubicula eius principalia tria pavimentis tessellatis ornata erant, quorum duo imagines tantum exhibuerunt, velut capita deorum, animalia venationis cet.; alterum, quod in exedra semicirculari est, signum Christianum exhibet (loco in forma infra posita *a* littera designato) intra circulum hoc

α.



Tertium Neptuni caput habet loco *e* et a dextra eius pedes pueri supra mutili, fortasse Cupidinis; accedunt locis *b* et *c* dispositae particulae inscriptionis infra scriptae. Forma autem pavimenti haec est




In lateribus pavimenti oblongi, quae in forma litteris nullis signata sunt, nihil unquam scriptum erat; patet igitur iuxta *d* tantum periisse versiculos duos. Tituli vero ita dispositi sunt, ut litterae in forma positae.

b



c



d.



Samuel Lysons reliquiae Britannico-Romanae I (3, 1801) tab. V p. 1 ss. (inde antequam publici iuris factum est Goughs Camden 1 p. 67; deinde Th. Wright *the Celt* cet. p. 204. 299; B. Poste Britannia antiqua p. 299; Bingham *archaeol. journ.* 16, 1859 p. 186; Haddan et Stubbs 1 p. 40; ego C. I. L. VII 2).

Tractavit nuper Studemundius in Hermae vol. IX (1874) p. 503 versiculosque iambicos ita disponendos et sic fere supplendos esse exposuit:

Neptúni vertex, régmen
sortíti mobile ventis,
scultum cui cerulea es[*t frons*]
delfinis cincta duobu[*s*].
[*nec mu*]*nus perficis ullum*
[*armorum*] *gnare Cupido*
. . . .

32 In *Wareham, Dorsetshire,* cippus rep. a. 1841. Mensura non indicatur.

Catgug ıc fius Gideo(nis) ?

Aneurin Owen Archaeol. Cambr. ser. IV 3. 1872 p. 65. qui imaginem exhibitam esse ait in ephemeride *the Dorset County chronicle.* m. Oct. a. 1841. Hanc ab amicis indagatam supra exhibui.

Videtur *fius* barbare scriptum esse pro *filius.*

WALES

(Capp. IV—XIV).

IV. *BRECKNOCKSHIRE.*


33 *Patristow* (s. *Partricio*), *north east of Crickhowel, Brecknockshire*, in puteali. Circulus exterior est dig. 34.



Menhir me fecit in tempore Genillin

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 2, 1856 p. 286 (cf. ser. nova 4, 1853 p. 334, 26).

34 *Crickhovel, Brecknockshire*, olim *in the farm called Wern y Butler, off the road between Crickhowel and Llanbedr*, nunc *in Glan Usk Park, the residence of Sir Joseph Bailey, about 2 miles from Crickhowel.* Cippus altus est p. 6, latus infra p. 1 dig. 7 et dig. 11, supra p. 1 dig 4 et dig. 4; in margine sinistro litterae Celticae sunt.



Turpilli ic iacit puueri Triluni Dunocati

I. Strange Archaeologia 4, 1776 p. 18 tab. 2 fig. 2 (inde Goughs Camden 3 p. 103 tab. 4 fig. 6); *Gent. mag.* 56, 1786 p. 473 adn. 173 tab. 1 fig. 7 et p. 581; Jones *Brecknockshire* 2 p. 433 tab. 4 fig. 4; Westwood Archaeol. Cambr. 2, 1847 p. 25 cf. ser. nova 4, 1853 p. 324. 332, 8; R. B. Brash Archaeol.

Cambr. ser. III 15. 1869 p. 153 et ser. IV 2, 1871 p. 158. Horum lectionem sequor; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 9 et 11 s. et Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 19, qui litteras Celticas significare affirmat

Turpil[li] et loco paullo altiore *[Tri]llun*


Cum *Dunocati* nomine Brash comparat titulum litteris Celticis scriptum ex Hibernia, *from Whitefield, co. of Kerry*, nunc servatum in museo academiae regiae Hibernicae, in quo legatur

Nocati maqi Maqi Ret

Ad *puueri* formam Rhys comparat *Giovanni* Italorum ex *Iohannes* ortum; sed *uu* illud videtur ortum esse ex prava scriptura vix conferenda illa cum *pouero* forma ex tegula C. I. L. III p. 962 n. 2 nota, quam O. Iahnius protulerat (in actis soc. Saxon. minoribus a. 1858 p. 197; inde habuit Corssen *Ausspr. des Lat.* 1² p. 362), aliisque vetustis eius generis, quas Ritschelius composuit monum. epigr. tria p. 29 et 34 ss.

---

35 Prope *Pen y Gaer* sive *Pentre Gaer* olim, anno 1830 insertus parieti meridionali ecclesiae *of Llanfihangel* sive *St. Michaels Cwmdû, Brecknockshire, near Crickhowel; it was removed from a field called Tir Gwenlli, about a mile S. S. W. of the church of St. Michael, and placed in this buttress for preservation by the Rev. T. Price, vicar, a. d. 1830, having been presented to him for that purpose by the owner, the Rev. T. Lewis; its original site is not known. The inscription measures about forty inches by ten:*



Catacus hic iacit filius Tegernacus

Daines Barrington proposuit societati antiquariorum Londiniensi a. 1773 (inde Goughs Camden 3 p. 103); Jones *Brecknockshire* 2 p. 499 tab. 12 fig. 1; H. Th. Payne Archaeol. Scotica 3, 1831 p. 98; Westwood Archaeol. Cambr. ser. nova 4, 1853 p. 311 et 333, 12, *Gent. mag.* 11, 1861 p. 39, Archaeol. Cambr. ser. IV 2, 1871 p. 261 (ubi citatur *the Cambrian Quarterly magazine* vol. 5 p. 519; inde etiam Haddan et Stubbs 1 p. 167) ex ectypo servato apud Price, quod sequor; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 9.

De lectione non videtur dubitari posse.

---

36 *Cwmdû, Brecknockshire,* in ecclesia vetere, ad quam aedificandam lapis adhibitus est. Ab altera parte crucem inscriptam exhibet, ab altera supersunt litterae

IC IACeT

Westwood Archaeol. Cambr. ser. nova 4, 1853 p. 333, 18 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 167).

---

37 *At Lanavan vawr* (s. *Llan-afan-fawr*), *Brecknockshire, on the tombstone of St. Awan*; litteris angulatis sive Langobardicis, quae tribuuntur saeculo fere XIII Westwood.

hIC IACET SAnCTUS

AVANVS EPISCOPVS

hic iacet sanctus Avanus episcopus

Anonymus in cod. mus. Brit. 14. 934 f. 206, qui accepit a *M. Evan Evans*; Jones *Brecknockshire* 2 p. 239; Westwood mihi dedit descriptam; Haddan et Stubbs 1 p. 166.

Litteras hasce a rectore quondam ecclesiae vici illius, *one Mr. Griffith*, refectas esse rettulerunt anonymo vel amico eius, qui nomen suum his litteris subscripsit *'L. M.'*

---

38 Prope aediculam nuper (ante a. 1853) erectam a Iosepho Bailey in memoriam filii defuncti, quae est prope *Brecon*, inter *Llwynfedwen* et *Crickhowel*, cippus transverse scriptus litteris paene evanidis.

7lIA/ ISA

Archaeol. Cambr. ser. nova 4, 1853 p. 323 (cf. ibid. p. 331, 4 ubi propter elementum primum lapidem centurialem esse Westwood iudicat, iniuria puto, propter cippi formam).

---


39 *Llandygaelog, on a stone formerly forming the treshold of the church.* Dicitur periisse.

CATVC

I. Strange Archaeologia 1², 1779 p. 307; Jones *Brecknockshire* 2 p. 174 (inde Westwood Archaeol. Cambr. ser. nova 4, 1853 p. 333, 13 et ser. IV 3, 1873 p. 384; Haddan et Stubbs 1 p. 167).

40 *Llandygaelog* (s. *Llanderaelog*), *Brecknockshire* Westwood. Male habitam esse narratur Archaeol. Cambr. ser. IV 3, 1872 p. 67. *Llandefaelog Fach, now fixed against the west wal of a mausoleum of the former owners of*

Pennoyre Vault Rhys. Cippus anaglyphis variis ornatus altus est p. 7, latus 1.



✝ *Briamail Flou*

Ed. Llwyd in Gibsons Camden 2 p. 834 fig. 6; I. Strange Archaeologia 1², 1779 p. 296 in tab. fig. 3 (inde Goughs Camden 2 p. 104 tab. 5 fig. 1); Jones *Brecknockshire* 2 p. 104 fig. 1 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 630); Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 4, 1858 p. 306 (et iterum ser. IV 3, 1873 p. 383), qui tribuit saeculo undecimo; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 9.


41 *Llangors, Talgarth, Brecknockshire,* rep. *when the old chancel-arch of the church was pulled down.* Lapis longus p. 2, latus dig. 10, crassus dig. 2½. Tituli duo extant in angulo lapidis dextro.

+ gurci
bledrus

Westwood Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 232 cui ectypum miserat D. Lewis of Llangors, cuius tamen non adiecit imaginem; R. B. Brash ibid. p. 335.

Nomina duo distincta esse adnotat Westwood, litteris diversis sculpta, ita ut prius vocabulum totam lapidis latitudinem occupet, alterum litteris constet altis tres quartas digiti partes, mixtis iisdem ex vario genere, nam *r* esse Anglosaxonicum, *r* unciale Romanum.

42 *Llanthetty, Brecknockshire, a stone built into the wall of the church.* Mensura non indicatur.



Gurdan sacerdos

I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 10 qui tum non viderat; postea idem ectypum misit, secundum quod imago mea delineata est.

Fuitne *Giurdan?*


43 *Llanamlwch* (s. *Hamlach*) prope *Crickhowel, Brecknockshire, a square hut, commonly called Ty Iltud or St. Iltuds hermitage; on the two side stones* legitur

+ X ◇ ⊕ ✡ X ✳ H ⩑

Edw. Llwyd in Gibsons Camden p. 593 (inde Goughs Camden 3 p. 103); (S. Lysons) *Beauties of England and Wales* p. 92, 4; Westwood Archaeol. Cambr. ser. nova 4, 1853 p. 334, 20.

Signa tantum esse, non litteras putat Westwood. Tamen omittere nolui.


44 *Llanamlwch* (sive *Llanhamllech*), inter *Crickhowel* et *Brecon, about 3 miles from Brecon,* reperta in parietinis *of the old parsonage house.* Litteris Hibernosaxonicis. Supra viri et feminae imagines stantium sub palo crucis aut sub arbore; fortasse Adam et Eva, ut observat Rhys. Mensura non indicatur.



Iohannis Moridici surexit hunc lapidem

Westwood Archaeol. Cambr. ser. nova 3, 1852 p. 274 (cf. ibid. 4, 1854 p. 334, 25; Haddan et Stubbs 1 p. 630), qui tribuit saeculo decimo undecimove; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 9 non vidit; sed postea Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 332 examinavit.

45 *At a place called y Gaer near Brecknock, in the highway* Llwyd. *Formerly near Scethrog, halfway between Llansaintfread and Llanamlwch, about 4½ miles from the latter place; now in the hedge, on the westside of the road, 4 miles and 7 furlongs distance south from Brecon* Westwood. Ibidem vidit Rhys. Cippus altus est circiter p. 3 dig. 6.




Nemni? filius Victorini

Edw. Llwyd in Gibsons Camden p. 593; I. Strange Archaeologia 4, 1776 p. 15 tab. 2 fig. 1 (inde Goughs Camden 3 p. 103); Jones *Brecknockshire* 2 tab. 6 fig. 3 (in textu omissa); Westwood Archaeol. Cambr. 2, 1847 p. 29, ser. nova 2, 1851 p. 226 (cf. 4. 1853 p. 332, 9) ligno incisam dat accurate; tamen reliqui fere non variant

Nomen defuncti incertum est; quod dedi, proposuit Rhys.

Circa hanc regionem extat lapis alter Romanus, *Maen y Morynnion* dictus, anaglypho viri et feminae ornatus: C. I. L. VII, 152. Cf. Westwood Archaeol. Cambr. ser. nova 1, 1853 p. 331, 1.

46 *Llanfrynach, Brecknockshire*, in lapide ornato cruce incisa, figura hominis arantis, nodis variis, reperto in fundamento ecclesiae parochialis, dum illa diruitur.



Iohīs

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 2, 1856 p. 51. 140 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 630).


47 *Llanfrynach, Brecknockshire*, rep. cum ecclesia vetus destruebatur una cum aliis titulis duobus inscriptis. quorum alter mox periit, alter utpote recentior hic non proponitur.

✠ CC

Co . . .

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 2. 1856 p. 51. 140.

48 *Trallong (s. Trallwm), Brecknockshire. about a mile from the station of Aber Brân*, cippus transverse scriptus, repertus dum ecclesia restauratur; ibi servatur. Altus est p. 6. latus supra p. 1 dig. 6. In margine sinistro litterae Celticae extant.



Cunocenni filius Cunoceni hic iacit

Westwood *gent. mag.* 11. 1861 p. 39: H. L. Jones Archaeol. Cambr. ser. III 8, 1862 p. 52 (cf. ser. IV 3, 1872 p. 389; Haddan et Stubbs 1 p. 167) ubi Graves litteras Celticas idem fere significare demonstrat; R. R. Brash Archaeol. Cambr. ser. III 15, 1869 p. 161; I. Rhys *Inscribed stones of Wales* p. 9, qui litteras Celticas ita legit

Cunaccnnvi Ilvveto


additque vocabulum secundum nondum esse explicatum. Crucem idem (Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 284) affirmat postea esse additam, postquam pars lapidis inferior ex humo evulsa in altum erecta est

48 *a From Trallong, Brecknockshire, J walked many miles to the top of a mountain to see a stone called Maen Richard, which the natives mentioned to me, and which J thought might possibly have an inscription on it. Such J found, however, not to be the case.*

I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 10.

---

49 In *Devynock,* in via quae a *Brecon* ducit, post *Llanspyddyd,* in turris ecclesiae angulo meridionali et occidentali. Cippus supra cruce variisque anaglyphis ornatus est. Mensura non indicatur.




... *pugniacio?* [*fi*]*li Vendoni*

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 4, 1858 p. 164 (cf. ibid. ser. nova 4, 1853 p. 333. 16; Haddan et Stubbs 1 p. 168) et *gent. mag.* 11, 1861 p. 39 (inde Rhys p. 10 qui non vidit); I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 10 nondum viderat, postea Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 33 postquam examinavit nomen primi versus ita legit

Rugniauto

Quis autem, si initio v. 2 *f i* litterae desunt, primi versus nomen integrum esse affirmaverit?

50 *Ystraedvelty* (s. *Ystrad Fellte*), *Brecknockshire, about a mile off, in the cross-road leading from Brecknock*; lapis vulgo dictus *Maen Madoc.* altus est p. 11, latus $2\frac{1}{2}$, crassus $1\frac{1}{4}$.




Derraci filius Iusti ic iacit

I. Strange Archaeologia 4, 1776 p. 7 tab. 1 fig. 3 (inde Goughs Camden 3 p. 100 tab. 4 fig. 3); Jones *Brecknockshire* 2 tab. 12 fig. 2 (in textu non memoratur); Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 4, 1858 p. 407 (cf. ser. nova 4, 1853 p. 333, 10) et *gent. mag.* 11, 1861 p. 39; I. Rhys Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 332 qui vidit.

2 *Iulii* Westwood. sed ipsius imago et lapis, ut Rhys observat, *Iusti* exhibent.

---


51 At *Pen y Mynnid* prope *Ystraedvelty, Brecknockshire.*



Iul . . . ?

Goughs Camden 3 p. 100, qui crucem illam simpuvium Romanum esse credidit; perperam. Ceterum litterae illae in margine positae utrum Latinae sint an Celticae non definio.

52 *Abercar* prope *Merthyr Tydfil, Brecknockshire,* limen bubilis in viae a *Brecon* ad *Merthyr* ducentis parte occidentali Westwood. Ibidem vidit Rhys. Mensura non indicatur.



. . . . . *s* [*filius* . . .]*curi in hoc tumulo* [*iacit*]

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 4, 1858 p. 162 (cf. ser. nova 4, 1853 p. 332, 5); I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 9.

53 *In Vaenor parish* (*Crickhowel*), *Brecknockshire, upon a cross in the highway, 11 miles from Brecon.* Videtur periisse.




in nomine d(*e*)*i sumi Hilus*

Ed. Llwyd in Gibsons Camden p. 593 (inde Goughs Camden 3 p. 103); Jones *Brecknockshire* 2 p. 623 frustra quaesivit (cf. Westwood Archaeol. Cambr. ser. nova 4, 1853 p. 333, 11; Haddan et Stubbs 1 p. 167).

Etiam *Filus* et *Tilus* legi potest.

54 *On the road from Brecon to Merthyr, Brecknockshire* Jones. Olim fuisse in *Vaenor*, sed destructum esse in *Merthyr Tydfil*, cum inde per *Richards* quendam asportabatur ad museum in *Swansea* conditum a Taliesin *Williams* cognoverat Westwood. Cippus erat transverse scriptus; mensuram non habui indicatam.




Tir . . . [*fili*]*us Caturi*

Jones *Brecknockshire* 2 p. 624 tab. 6 fig. 5; Westwood Archaeol. Cambr. ser. nova 4, 1853 p. 332, 7 qui adnotat '*Mr. Price, of Cwmdû, had a rubbing of it*' (inde Haddan et Stubbs 1 p. 168; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 9 qui frustra quaesivit).


V. 1 *Ti*[*beri*]*us* legit Taliesin Williams.

Rhys addit: *We learnt also that another inscribed stone has been lost in this locality.*

55. 56 *Ystradgynlais, Brecknockshire,* in valle *Tave* fluvii, *a* est unus ex gradibus, qui extra ecclesiam in parte meridionali visuntur; *b* in ecclesiae muro orientali. Cippus *a* altus est p. 4, latus dig. 8; in *b* litterae altae sunt dig. $2\frac{1}{4}$.



Adiune




hic iacit

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 1, 1855 p. 6 et 8 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 630) qui non dicit fragmenta esse eiusdem lapidis.

V. *GLAMORGANSHIRE.*

57 *Merthyr Tydfil*, in ecclesia St. Tydfil, *Glamorganshire*; litteris saeculi VII ad IX Westwood. *It is built into the wall of Merthyr parish church far too high . . to take a rubbing of it* Rhys. Mensura non indicatur.



† *Artheu*

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 4, 1858 p. 163 (cf. ser. nova 4, 1853 p. 333, 15; Haddan et Stubbs I p. 631) et *gent. mag.* 11, 1861 p. 39; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 9.

Arthgen filius Sulieni episcopi S. Davidis mortuus esse creditur a. 1100. Ab illo hic homo mihi videtur plane diversus esse tam nomine quam tempore. Adscribitur autem titulus a plerisque saeculo octavo nonove.

58 *Capel Brithdir* prope *Gelligaer*, *Glamorganshire*, cippus rudis altus p. 6, latus p. 3 dig. 3. *In a field near the chapel*, litteris rudibus Rhys.



Tegernacus filius Marti hic iacit

T. S. Archaeol. Cambr. ser. III 8, 1862 p. 130 et melius H. L. Jones ibid. p. 220; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 9.

3 marii T. S.

59 In monte dicto *Kevn Gelhi Gaer,* prope *Caerphili* in via ad *Marchnad y wayn, Glamorganshire,* lapis dictus *y maen hir*; cippus quadratus altus p. 8 dig. 6, latus p. 1 dig. 6, transverse scriptus, litteris evanidis.

Sefroihi ?

Ed. Llwyd in Gibsons Camden p. 616 (Gougbs Camden 3 p. 127) et in epistula scripta a. 1693 Archaeol. Cambr. 3, 1848 p. 310 (cf. Westwood ibid. ser. nova 4, 1853 p. 333, 17); I. W. Lukis Archaeol. Cambr. ser. IV 6, 1875 p. 183 ubi datur *Defroihi*; I. Rhys ibidem p. 370.

Quae supersunt vestigia Iohanni Rhys visa sunt talia efficere: *tesroihi.*

---

60 *Llandough* prope *Cardiff, Glamorganshire, on the base of the ornamented cross in the church yard.*

Urbici ?

Westwood misit; Iohanni Rhys ignotus. Lectio incerta.


---

61 *Llan Iltud vawr,* s. *Llantwit, Glamorganshire* LLWYD. *At Llantwit-Major, Glamorganshire, on a stone which has on it various inscriptions separated into small compartments* RHYS. Cippus altus est p. 7, latus infra p. 5, supra $3\frac{1}{2}$. Creditur esse saeculi noni.

a — b

a † *Samson posuit hanc crucem* †

b *pro anima eius* †



c ✝ *Ilte[t]*

d *Samson regis*

e *Samuel* ✝

f *Ebisar* ✝

Ed. Llwyd in Gibsons Camden p. 618; Archaeologia 6, 1782 p. 22 tab. 2 fig. 1—3 (inde Goughs Camden 3 p. 150 tab. 7 fig. 2; Haddan et Stubbs 1 p. 628); W. J. Rees *lives of the Cambro-British Saints* (Londinii 1853, 8) in tab. ante titulum libri *c d e f* tantum exhibet, qualia hic exhibentur; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 9, qui ectypa titulorum *a b* misit supra repraesentata.

c *Iltut* legebatur.

d *Samson retis* Haddan, qui aut regis intellegendum esse censet aut patris nomen indicari (*the son of Rhys*).

f *egisor* pro *excisor* (*the engraver*) putat positum esse Haddan sine probabilitate.

Aliquot lapides ibi perierunt, cf. Archaeol. Cambr. 1. 1849 p. 326.

62 *Lantwit,* circa a. 1758 lapis erectus stabat iuxta ecclesiam veterem ad latus orientale ianuae; casu quodam, cum sepulcrum ibi effodiebatur, corruit denuoque effossus est a. 1789 et erectus a. 1793. Altus est p. 9, latus infra dig. 28, supra dig. 19, crassus dig. 14½. Ibi extat.




In nomine di summi incipit crux salvatoris quae preparavit Samsoni apati pro anima sua et pro anima iuthahelo rex ∴ et artmali ∴ tecan[i] †

Taliesin Williams *Iolo Manuscripts* (Lond. 1848) p. 364 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 627) ex schedis patris Eduardi, quas sequor: Sharon Turner *history of the Anglo-Saxons* ed. VII (1852) 3 p. 516 non satis accurate; Th. Wakeman Archaeol. Cambr. 4, 1849 p. 20; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 9.

Iuthael rex *of Gwent* mortuus esse traditur a. p. C. 848.


63 *Llantwit, Glamorganshire,* crux reperta circa a. 1730 a Thoma Morgan ludi magistro Lantwitensi in loco quodam parietinarum, quae veteris ecclesiae fuisse putabantur Williams. Ibidem, in cruce magna circulari Wakeman. *Llantwit-Major* prope *Marcross* Rhys. Creditur esse saeculi noni; mensura non indicatur.



In nomine di patris et speretus santdi anc [cr]ucem Hovelt (Hoveint?) properabit pro anima Res p[atr]es eius

Donavan *tour in South Wales* 1 p. 343; Taliesin Williams *Iolo manuscripts* p. 367 ex schedis patris Eduardi, quas sequor; Wakeman Archaeol. Cambr. 4, 1849 p. 18 adn. et *gent. mag.* 11, 1861 p. 39; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 9.

64 *Llaniltern (Llanillteyrn, which the natives call Capel'an'shtern* Rhys) prope *Llandaff, Glamorganshire, on a stone built in the east wall of the church.* Cippus altus p. 2, latus 1.



Vendumagli hic iacit

Westwood Archaeol. Cambr. ser. IV 2, 1871 p. 260; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 9.

65 *Coychurch, Glamorganshire, in the church yard, on the base of an ornamented cross* Westwood. *At Llangrallo or Coychurch* Haddan.

Ebisar . . . . . .

Haddan et Stubbs 1 p. 168 quibus indicavit Westwood. Idem mihi misit atque reliqua evanida esse adnotat idemque nomen inscriptum esse in basi crucis magnae, quae in eodem coemeterio extat. Ioh. Rhys sciscitanti mihi rescripsit nihil sibi compertum esse de hoc lapide; ita ut fere non diversus putandus sit a n. 61 *f.*

66 *Merthyr Mawr, Glamorganshire, about two miles from Bridgend station, near the house of Mr. Nicholl.* Mensura non indicatur.

ɪnomɪneðɪpaτ
rɪſeғɪʟɪɪſperɪ
τuſ
. . . .
. . . .
ɪ · poſτ
caɪſτo · ɪſɪuspp
cɪum · ɪnpro
prɪum ·
ɪnðɪem · ɪuðɪcɪ

I[n]nomine d(e)i patris et fili speritus . . . . i. post . . . . caisto. isiuq p . . . cium. in proprium . . . . in diem iudici

I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 8 qui addit lectionem esse incertam omnino. Exemplum eius mihi missum supra exhibeo quatenus potuit typis repraesentari.

67 *At Merthyr Mawr, a small village on the bank of the river Ogwr. Glamorganshire, on a stone cross* Llwyd. *Now placed in the garden of the manor of Merthyr Mawr* Westwood. *Near the house of Mr. Nicholl* Rhys. Mensura non indicatur.

. . . nbeʟʟɪnɪ
poſſuɪτhanc
crucempro
anɪmaeɪus
scɪτʟɪuɪſſɪ

nerτɪðo e
fraτrɪſeru
s e p a τ e r
e ɪ u s a m a
p r e p a r a
τus ·:· scɪo ///

[Co]nbellini possuit hanc crucem pro anima eius Scitliuissi
Nertido et fratris eius et pater eius a m[e] preparatus . . scio (?)

Ed. Llwyd in litteris Archaeol. Cambr. ser. III 5. 1859 p. 248 et 7, 1861 p. 231; Westwood misit a se descriptam. Idem adnotat haec: *part of the beginning of the first word is broken of, the first line hardly appears to have been* 'Conbelini'; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 8 cuius exemplum mecum communicatum sequor, quamquam quae legisse sibi visus est, proposuit dubitanter.

68 *Merthyr Mawr, Glamorganshire,* reperta dum fundamenta ecclesiae novae effodiuntur; lapis longus dig. 12, altus 8 Westwood. *On the ground, at the east end [of the church] lies a fragment, with well cut capitals* Rhys.

PAVLI
FILIM

Pauli . . . fili Ma . . . .

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 2, 1856 p. 319 (cf. p. 251); I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 9 qui legit v. 2 fili ma . . . .; ultimam enim lineam inclinatam partem esse A litterae.

Westwood addit nomen fortasse fuisse Paulini, cum maior lapidis pars a dextra parte perierit.

69 *Since my last lettere, havyng travayled through Glamorgan shyre, I mett with a monument of right venerable antiquity, which I can not but impart unto you. It is a hard stone of some 4 foote long (as I remember) about half a foote thick and happily one foote high. Upon the upmost edge of it are written these characters.* Iul. 14, 1603 Fr. Landavensis. *Betwixt Margan and Kynfyg* Llwyd. Ibi adhuc dicitur extare; est cippus altus p. 4; a dextra et a laeva sunt litterae Celticae.

PVMPEIVS
CARANTORIVS

Punpeius Carantorius

Francisc. Godwin episc. Landav. in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 282 in epistula ad Camdenum (inde Camden ed. VI [1607] p. 499): Edw. Llwyd in Gibsons Camden p. 620; Goughs Camden 3 p. 132 (Gough descr. a. 1761); I. Strange Archaeologia 6, 1782 p. 17; *Gent. mag.* 55, 1785 p. 502 in tab. fig. 2; Westwood Archaeol. Cambr. 1, 1846 p. 182 et ser. III 15, 1869 p. 414; R. R. Brash Archaeol. Cambr. ser. III 15, 1869 p. 151 titulum Celticum solum exhibet; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 8 qui litteras Celticas maxime evanidas ita legit, sed admodum dubitanter

pompei [carant]oral . . . . smeq . . . . ll . . . n

addens *-al* terminationem hodiernae *-ol* sive *-awl* videri aequam esse, ut *Carantoral* idem fuerit atque *Carantorius*.


70 *At a house called Eglwys Nynyd, on the way from Margam to the Kenfig stone* (n. 69). *an inscribed stone with an inscription, which has got almost altogether illegible; on the top is a wheel cross.* Mensura non indicatur.

hanc . . . . .

I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 8 qui putat repetita inquisitione reliqua legi posse.

---

71 Ex saxo durissimo cippus altus p. 4 unc. 9, latus p. 1, crassus unc. 8, prope *Morgã* in cacumine montis dicti *Mynydd Margã* Anon. *These verses are in a stone in Mergan, the land of Sr. Tho. Ma..., neere Rydglan y comb; the stone is square, five foote longe and* [*a*] *foote and half broade. Many living can remember the stone standing slope, the letters set on the upper side, now it* [*has*] *fallen down, bi reson that cattle rubbed on it* Godwin. *North of Margam Abbey, Glamorganshire, now over thrown,* lapis dictus *the Maen Lythyrog, near the* tumulus *called Crug Diwlith or the Dewless* Westwood. *The stone called Carreg Lythyrenog ..stands erect on Margam mountain not far from a little pool called Llyn-dwr-mawr* Rhys.



Boduoci hic iacit filius Catotigirni, pronepus Eternali Vedomavi

Anonymus in cod. mus. Brit. Cotton Iulius F. VI f. 284 v.; Franc. Godwin in cod. mus Brit. Cotton Iulius F. VI f. 288; Camden ed. VI (1607) p. 499; Edw. Llwyd in Gibsons Camden p. 613 (inde Goughs Camden 3 p. 131); Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 5. 1859 p. 287 (cf. 2, 1847 p. 203 et ser. nova 4, 1853 p. 78; Haddan et Stubbs 1 p. 168) et *Gent. mag.* 11, 1861 p. 39; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 8.

---

72 *Margam, Glamorganshire, on the great wheel cross.*

Conbelin . . . . suit . . anc | . . r . . | . . . . .

Westwood misit. I. Rhys talem crucem in Margam sibi non visam esse mihi scripsit; putat igitur significari titulum n. 67.

Tamen omittere nolui.

***73** *Margam, Glamorganshire, on a stone cross.* Mensura non indicatur.

CRUX · XPI ·
tENNIAUN ·
PANIMA ·
GUORGORE
FECIT ·


Crux Christi. Enniaun pro anima Guorgoret fecit

Westwood misit; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 8 cuius exemplum mihi missum exhibeo.

Euniaun et *Guergoret* Westwood. *Enniaun* nomen postea fuisse *Einion*, *Guorgoret* autem *Gwrwaret* Rhys adnotat.

---

74 *Margam, Glamorganshire, at the east end of the churchyard,* lapis altus dig. 38, latus 18 Westwood. *On a cross standing in the chapter-house* Rhys. Saeculi creditur esse octavi nonive.



I[*n*] *nomine d*(*e*)*i sumi. Crux Critdi proparabit Grutne pro anma Ahest*

Edw. Llwyd in epistula scripta d. 20 m. Dec. a. 1697 in Archaeol. Cambr. ser. III 4, 1858 p. 345; Westwood Archaeol. Cambr. ser. nova 2, 1851 p. 147 (Haddan et Stubbs 1 p. 631) et *Gent. mag.* 11, 1861 p. 39; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 8.

Critdi est *Christi*; *Ahest* (*which it has been tried to distort in* eius Rhys) nomen est, cuius formam recentiorem *Achess* fuisse Rhys coniecit.

I. Rhys addit: *J tried also several other crosses at Margam, but I found them too far gone to make out more than a word here and there.* Ceterum in fine v. 3 punctum, v. 10 puncta tria extare idem adnotat.

75 *Margam, Glamorganshire, on a great flat stone marked with a cross in a circle.* Mensura non indicatur.

. . . ILCI · FECIT
. . . . . . CRUCE
m · I . . . r · IIR
E . . . r . . nimc

. . . *lci fecit* [*hanc*] *crucem . . . pro anima?* .

Westwood misit; I. Rhys quae legere sibi visus est mecum communicavit. Eius exemplum proposui quoad potui imitari.

---

76 *Court Isaf, on the road from Margam to Neath; now close to the Port Talbot Station on the South Wales Railway.* Cippus ornatus tribus crucibus altus est p. 5; superior eius tantum pars hic repraesentatur.

Tome

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 3, 1857 p. 58; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 8 q. v.

77 *Port Talbot,* prope *Neath, Glamorganshire,* in parte postica miliarii imperatoris Maximini (C. I. L. VII 1158); titulus transverse scriptus est. Saeculi creditur esse octavi. Mensura non indicatur.

hic iacit Cantusus pater Pau[*l*]*inus*

Gent. mag. 14, 1840 p 296: G. Grant Francis *original charters* cet. *of Neath,* Swansea 1845. 8. (inde *archaeol. journ.* 3, 1846 p. 274; *assoc. journ.* 2, 1847 p. 287): Wright *the Celt* p. 456; Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 2. 1856 p. 251. 320 (inde Haddan et Stubbs I p. 630) et *Gent. mag.* 11, 1861 p. 39; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 10 lapidem vidit, litteras pone latentes non vidit.

---

78 *Baglan Church,* prope *Neath, Glamorganshire, about three miles from Briton Ferry station.* Creditur esse saeculi noni. Longus est dig. circiter 30, latus 16.

† brancuf

Westwood Archaeol. Cambr. ser. nova 2, 1851 p. 145 (inde Haddan et Stubbs I p. 631) et *Gent. mag.* 11, 1861 p. 39: I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 8 frustra quaesivit.


---

79 *Bryn Keffnerthan, about three miles to the east of Neath, Glamorganshire,* a. 1846 *in the yard of the house of the resident manager of the colliery on the tramway,* in cruce magna Westwood. *Now at Neath in Miss Parson's garden* Rhys. Saeculo octavo nonove adscribitur. Altus circiter *a yard,* latus dig. 20.

proparavit Gaic . . . . .

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 11, 1864 p. 65 (inde Haddan et Stubbs I p. 630); I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 8 qui addit superesse partem superiorem litterae, qua alius versus incipiebat, aut H aut R. Cum *Gaic* nomen extitisse negaret, legendum proposuit *proparavit Gai cr*[*ucem hanc*] aut c[(*rucem*) *hanc*].

80 *Panwen Byrdhin, parish of Cadockston or Llan Gadoc. 6 miles above Neath, Glamorganshire,* cippus altus 1 *yard,* latus dig. 8, a volgo dictus *Maen dau Lygad yr ych* Llwyd. *At the Gnoll,* prope *Neath, embedded into the upright bank of a recess, or grotto, in a terrace about one hundred yards to the south of the house, overlooking Neath, nearly immersed in leaves and decayed vegetable rubbish* Westwood.




Macaritini fili Berici

Ed. Llwyd in Gibsons Camden p. 620 (inde Goughs Camden 3 p. 132): Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 11, 1864 p. 59 (ibid. p. 63 describitur anaglyphum viri armati ibidem extans); I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 8 frustra quaesiverat, postea Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 332 vidit atque etiam anaglyphum denuo effodi iussit.

Litterae vel elementa duo ultima hodie perierunt.

81 *Loughor, Glamorganshire, a Roman altar standing on the lawn in front of the rectory* Jones. *About 4′ 6″ high, and the width of its flat sides about 1′ 7″. A stone supposed to have been a Roman or British altar; after it had been cut for an altar, an inscription in Celtic was made on it, which is now very hard to read* Rhys.




Lehoric?
aut
Vehomagic?

H. L. Jones Archaeol. Cambr. ser. III 15, 1869 p. 258. 344; I. Rhys Archaeol. Cambr. ser. IV 4, 1873 p. 198, *inscribed stones of Wales* p. 7 qui quae de interpretatione addidit incertissima esse ipse non ignorabat.

VI. *CAERMARTHENSHIRE.*

82 Olim erat in loco dicto *Pant y Polion*, nunc servatur in *Dolau Cothy House, Caermarthenshire.* Litterae altae sunt dig. circiter 3.




Servatur fidaei patrieq(ue) semper amator
Ic Paulinus iacit, c[ult]or pi[enti]sim[us aequi]

Ed. Llwyd et Saunders in Gibsons Camden ed. II (1722) 2 p. 746 (inde Goughs Camden 3 p. 139) qui vidit integram; Pennant *tour in Wales* p. 374; Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 2, 1856 p. 249 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 164) et *Gent. mag.* 11, 1861 p. 39 qui vv. 4 et 5 litteras ultimas nunc periisse adnotat; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 7 qui non vidit, sed ex lectione amici, *Mr. Jones*, exhibet.

Distichon agnovit Llwyd; Paulinum illum aliquanto ante a. 569 synodo alicui in Llanddewi-Brefi habitae interfuisse ex eius aevi annalibus probant docti (cf. Rees *lives of the Welsh saints* p. 188).

---

83 Olim in *Pant y Polion*, nunc in *Dolau Cothy House, Caermarthenshire.* Mensura non indicatur.




Talo[ri] Adven[ti] Maqu[eragi] filiu[s]

Ed. Llwyd et Saunders in Gibsons Camden ed. II (1722) 2 p. 746 (inde Goughs Camden 3 p. 139), qui vidit integram; Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 2, 1856 p. 252 qui quae litteris inclinatis dedi hodie affirmat periisse; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 7.

Westwood et Rhys quae uncis inclusi non viderunt.


48 *Cynfil Cayo* (*Cynwil Gayo* Rhys), *a village about a mile from Dolaucothy, Caermarthenshire,* in turri ecclesiae iuxta ostium portae occidentalis. Mensura non indicatur.



Regin . . . . filius Nu[r]intii

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 2, 1856 p. 321; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 7 quem sequor. Hasta ultima videtur incerta esse.

85 *At Llandeilo vawr, Caermarthenshire, by the churchyard in this town.*



[*hic*] *iacet Curcagnus* [. .]*uriri filius*

Edw. Llwyd in litteris scriptis die Dec. 20 a. 1697 in Archaeol. Cambr. ser. III 4, 1858 p. 345.

86 *In a field on the farm of Glansanan, parish of Llanvynydd, near Llan deilo vawr, Caermarthenshire, on a highly ornamented stone, called by the common people 'Llech Eidon'* Westwood. *The stone has been set up by the Earl of Cawdor in the lower or American garden at Golden Grove, and a brass plate has been affixed to it, stating where it was found* etc. Rhys. Cippus altus p. circiter 6, latus p. 1 dig. 9.




Eiudon

Goughs Camden 3 p. 141; I. Jones (Tegid) Archaeol. Cambr. ser. nova 5, 1854 p. 303; Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 1, 1855 p. 64. 303 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 631) et melius ibid. ser. IV 2, 1871 p. 339; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 7.

A. H. quidam Archaeol Cambr. ser. IV 3, 1872 p. 163 legendum proposuit *eiu*[*s*] *don*[*arit*], prorsus ineptissime.


87 In *Llan Newydh,* prope *Caermarthen,* cippus transverse scriptus (puto), altus p. 5 ad 6, latus circiter 3, iuxta viam publicam, litteris rudibus. *Now on the lawn at Traws Mawr, in the parish of Newchurch, near Caermarthen* E. L. B.



Severini fili Severi

Ed. Llwyd in Gibsons Camden p. 627 (inde Goughs Camden 3 p. 141); Westwood *Gent. mag.* 11, 1861 p. 39; E. L. B. Archaeol. Cambr. ser. IV 3, 1872 p. *68; I. Rhys ibid. 6, 1875 p. 359.

88 *Llandawke,* prope *Laughhorne, Caermarthenshire,* ad ecclesiae portam meridionalem (*as a threshold*), cippus transverse scriptus. Litterae Celticae a Ioh. Rhys primum observatae extabant *all round its upper part.* Litterae altae sunt dig. 4.



Barrivendi filius Vendubari [*hic iacit*]


Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 13. 1867 p. 343; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 7 et Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 19 qui addit vocabula duo ultima, utpote scripta in latere lapidis, antea non visa esse, atque litteras Celticas satis evanidas haec fere putat dicere:

in latere dextro: *magi m*; in sinistro: *tagoledemu . . . b . . . .*

Reliqua vero legi non posse. Addit praeterea haec: *it is worth noticing that the Roman letters seem to have been cut first, otherwise they and the Celtic ones, which must follow the edge of the stone, would not have come in one another's way as they do*; ita hasta quae intra v litteram cernitur ad titulum Celticum pertinet.

---


89 *Llanwinio, Caermarthenshire*, rep. a. 1846. Cippus altus p. 4.1 atus p. 1 dig. 3; in margine sunt litterae Celticae.



G. Grant Francis *proceedings of the society of antiq.* ser. II 3, 1867 p. 446, qui crucem fortasse postea additam esse censet.

---

90 *Llangan, nearly two miles distant from Whitland (the old Ty Gwyn ar Daf), Caermarthenshire, on a stone resembling a rude chair, which lies in a field behind the church, about 30 or 40 yards from the churchyard. When it was removed to its present position is unknown.* Sella lapidea ab aegrotis frequentata est etiam ante hos triginta vel quadraginta annos, quia morbos sanare credebatur.



Canna . . . .


E. L. Barnwell Archaeol. Cambr. ser. IV 3, 1872 p 236 ligno incisam, quem sequor; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 7 et Archaeol. Cambr. ser. IV 6, 1875 p. 360, qui adnotat primum tituli versum fortasse ita, ut dedi, legendum esse, reliqua vero omnino vix legi posse.

Canna femina erat illustris Armoricana atque parentela iuncta cum Sancto Germano; Sanctus Iltutus *was her cousin and brother in law (about 520)*; vir eius *Sadwrn (Varchog)* sive Saturnus erat.

Barnwell lectionem ait esse factam *from careful tracings and measurements of Mr. Benjamin Williams (Gwynionydd), the master of the parish school. Canun* sive *Canuu* legi posse concedit Barnwell.

---

91 *In the parish of Hen Llan Amgoed, about 3 miles south-west of Llanboidy, about 1½ mile of the Whitland Station, Caermarthenshire*, in agro qui pertinet ad *Parkie (Parcau)* Jones. *In the field above the house of a farm called Parcau*, prope *Llangan* Rhys. Litterae altae sunt dig. 3.




Quenvendani fili Barcuni

Edw. Llwyd in Gibsons Camden p. 627 (inde Goughs Camden 3 p. 141; Orell.

2777): H. L. Jones Archaeol. Cambr. ser. III 15, 1869 p. 297 et 414; G. Wilkinson Collectanea *of the British Archaeological association* 2, 1868 p. 219 et Archaeol. Cambr. ser. IV 2, 1871 p. 140 ss.; Westwood Archaeol. Cambr. ser. IV 2, 1871 p. 256 cuius imaginem exhibeo; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 7 et Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 245 et 6, 1875 p 360 quem sequor; R. R. Brash ibid. 5 p. 335.

Barcuni eius nomen in *Cefn Varchen* loci nomine adhuc extare putant. Wilkinsonus c, quod initio legitur, putat significare *corpus*; ut fuerit *c(orpus) Menvendan(i) fili Barcun(i)*; I. Rhys legit *Quenvendan(i)*; mihi antea visum est fuisse *Cmenuendani* cum Westwoodio eiusque imagine; sed Rhys vidit lapidem ipsique Westwoodio coram lapide nuper persuasit primum elementum esse *Q*.

92 *Llanfihangel ar Arth (or as it is sometimes written yr Eroth, or Jerverth* WESTWOOD), *Caermarthenshire, close to the station of Cross Inn, in the churchyard, a rude stone standing near the west end of the church. The inscription extends about 2 feet in length, the letters being about 2½ inches high.*



hic iacit Ulcagnus fius Senomagli

Edw. Llwyd in Gibsons Camden p. 627 (inde Goughs Camden 3 p. 141; Orell. 2778) cui descripsit Saunders; Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 15, 1860 p. 414 et accuratius ibid. ser. IV 2, 1871 p. 258 quem sequor; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 4 qui addit: FIVS *is an error for* 'filius' atque versionem addidit hanc: *here lies Ylchan, the son of Henfael; with Ylchaen compare (Llech-)Ylched in Anglesey* (et n. 14), *and with* Senomagl- *the form* Senemagli.

VII. *PEMBROKESHIRE.*


93 *Penally, Pembrokeshire, the nearest station to Tenby, on a large, flat stone ornamented with an interlaced ribbon-pattern inscribed, found in the vestry of the church* Westwood. Frustra quaesivit Rhys. Mensura non indicata. Litterae sunt Hibernosaxonicae quas dicunt minusculae. Haddan tribuendam censet fortasse saeculo duodecimo.

hec est crux quam aedificavit Mail Domnc ....

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 10, 1864 p. 328 (inde *Gent. mag.* 11. 1861 p. 45 et A. Way *proceedings of the Oxford Architectural Society, May* 15 1861; Haddan et Stubbs 1 p. 632); I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 6 qui addit vidisse se ibidem cruces duas alias in curte ecclesiae, sed non inscriptas.

---

94 *Caldy* (s. *Caldey*) *Island* prope *Tenby, Pembrokeshire*, lapis insertus parieti aediculae; a. 1810 *lying in Mr. Kynastons garden* Fenton. Litterae Celticae in utroque margine insculptae in muro latent paene omnes. Creditur esse saeculi noni exeuntis. Cippus altus p. 5 dig. 9, latus dig. 16.



et singno crucis in illam fingsi rogo omnibus ammulantibus ibi exorent pro anima Catuoconi

R. Fenton *a historical tour through Pembrokeshire* (Lond. 1811 4.) p. 458; Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 1, 1855 p. 259 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 632) et *Gent. mag.* 11, 1861 p. 39; A. Way *archaeol. journal* 26, 1869 p. 222 (inde adhibita eadem tabula ligno incisa Archaeol. Cambr. ser. IV 1, 1870 p. 138) quem sequor; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 7 et Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 19.

Westwood ponit inter saecula septimum et nonum, recentiorem autem esse negat; I. Rhys adnotat: *the et refers us, undoubtedly, to the Celtic inscription, which is to be detected on both edges of the stone, but not to be read until the stone is got out of the wall where it now stands.*

Fenton finem tantum ita *orent pro anim caduoconi* legit.

95 *Stackpole-Elidyr*, sive *Cheriton, near Earl Cawdor's seat, Pembrokeshire, in the church, on the altar in the small chapel or chantry on the south side of the chancel.* Eo delatam esse tabulam aetate media, quam dicunt, apparet. Mensura non indicatur; litterae Celticae nusquam detectae sunt.



Camelorigi fili Fannuci

H. Longueville Jones Archaeol. Cambr. ser. III 7, 1861 p. 139; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 6, quem sequor.

96 *Carew, Pembrokeshire, inscribed in a square panel on the great upright cross, near the tollgate* Rhys. Exemplar huius tituli novicium extat in *Pethard castle* in Hibernia.

exemplum antiquum	*exemplum novicium*
m a P 3 I ᴛ	m a φ 3 ι T
ε u ɔ F ı ε	ε u T P ε =
C ε T T ε ỵ	C ε T . . T · ε x

Margeteud f(ilius) Ecettey

Westwood *Gent. mag.* 2, 1861 p. 44; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 7 qui ait lectionem esse incertam, sed cum probabilitate ita, ut dedi, expediendam. Eius exemplum mihi missum exhibeo; eidem debeo tituli novicii exemplum ex ectypo descriptum.

Rhys tertium versus alterius elementum etiam ʊ esse posse adnotat.

---

97 *Llandyssilio, Pembrokeshire, 5 miles north of Narberth, about 2 miles of Narberth Road Station*, lapides duo, quorum hic prior altus est p. 3 dig. 9, latus p. 3. Alter est infra n. 98. Tribuuntur male saeculo octavo.




Clutorigi fili Paulini Marinilatio

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 6, 1860 p. 54 (inde Haddan et Stubbs I p. 169) qui dubitanter proposuit *latio* vocabulum, quod in fine est, intellegi posse pro *lateo* (*hic*); I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 7 qui addit: *it might be rendered into modern Welsh* 'Clodri, fab Peulin Merynllyd'.

---

98 *Llandyssilio, Pembrokeshire,* rep. et servatus una cum n. 97. Lapis latus est p. 3, altus dig. 28. Litterae dicuntur multo rudiores esse quam tituli n. 97.




Evolenggi fili Litogeni hic iacit

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 6, 1860 p. 54 (inde Haddan et Stubbs I p. 631); I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 7.

Rhys addit prave legi *Evolenus*, ut mea imago habet, pro eo quod in lapide est

EVOLE35⁻

99 *Spittal, Pembrokeshire, in the neighbourhood of Haverfordwest, in the church-yard, on a tall erect stone.* Mensura non indicata; litterae Celticae desunt.



Evali fili Dencui Cuniovende mater eius

H. Longueville Jones Archaeol. Cambr. ser. III 7, 1861 p. 302 cuius imaginem exhibeo; I. Rhys Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 332 qui una cum Llywarch Reynolds examinavit.

Jones v. 1 legerat *Evali fili Deno*, sed Rhys observat V- certam esse, C pro O non satis certam, posse enim etiam de Q cogitari.

100 *On a farm called Pen Arthur, about ¾ of a mile from St. David's, Pembrokeshire, in the occupation of Mr. Arnold,* in cruce reperta *on a moor not far distant, now used as a gatepost* Westwood. *This stone is merely a fragment of a larger one, and forms a gatepost near the house; it is placed upside down, which considerably enhances the difficulty of reading it* Rhys. Litterae altae sunt dig. circiter 2.




XPS
Gurmarc
[filius]

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 2, 1856 p. 51 (inde Haddan et Stubbs I p. 632) et *Gent mag.* 11, 1861 p. 39; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 6 qui addit: *above the cross as it now stands is the name of* Gurmarc *in Hiberno-Saxon characters, and below it in one corner a word which may possibly be* filius, *whilst the other corner has the monogram* XPS, *in mixed Greek and Latin characters.* Cruces aliae duae minores ibidem servantur, sed inscriptionibus, ut videntur, carentes.

On the left hand side of the road about six miles from St. David's we noticed a stone with a cross on it, enclosed, excepting a part of the shaft, in an ellipse representing as nearly as possible the outline of a shilling loaf tin with the dough inside marked with the usual baker's cross: hence it happens that the stone and the village are called Mesur-y-dorth, i. e. 'The Loaf-measure'. No letters are visible on the stone, but as we had no time to dig up the earth around it, we cannot be sure that the lower portion of it has none.

I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 6.

101 *Tremarchog* sive *St. Nicholas, Pembrokeshire, about three miles from Mathry in the direction to Fishguard, on a stone used as a stile in the hedge of the churchyard;* lapis longus est dig. 30, latus 12. Tribuitur saeculo quinto sextove.



Tunccetace [ux]sor Daari hic [ia]cit

R. Fenton *a historical tour through Pembrokeshire* p. 28 ligno incisam dat plenam:

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 2, 1856 p. 49 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 169), qui quas litteras repperit insertas muro curtis ecclesiae uncis saepsi; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 6 qui addit: *the attempt to reduce* tunc, *taken to be the Latin adverb, to a compatibility of tense with* iacit, *is quite uncalled for.*

---

102 *Nevern, Pembrokeshire,* in curte ecclesiae, *an irregular shaped stone, about two yards high* Llwyd. *Now at a farm-house called Cwm Glöyn, used as a gate-post, at the entrance from the Cardigan road to the lane leading to Cwm Gloyn, about two miles above Nevern* Rhys. Litterae Celticae perspicuae conspiciuntur in angulo dextro prope cacumen lapidis.


Vitaliani Emereto

Ed. Llwyd in Gibsons Camden p. 638 (inde Horsley Brit. Rom. p. 323; Goughs Camden 3 p. 151; Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 6, 1860 p. 52 frustra quaesivit); I. Rhys Archaeol. Cambr. ser. IV 4, 1873 p. 387, item 5, 1874 p. 20 et *inscribed stones of Wales* p. 5 qui affirmat litteras Celticas significare

Vitaliani

EMERET . . . Llwyd. Titulum vere Romanum esse et centurialem putabat Horsley, non recte; obstant enim nominum ratio, и litterae forma, *Emereto* scriptura; denique nota centuriae, quam ille omissam credebat, nunquam videtur in lapide fuisse. Unde huic seriei tribuenda erat necessario.

103 *Nevern* prope *Newport, Pembrokeshire, in the church yard,* in cruce anaglyphis permultis ornata. Creditur esse saeculi fere octavi. Alta est p. 10, lata infra dig. 27, supra 24.



Gambold:	Rhys:
hanh	*an*
e	*heh*
et	et
d n s	*d n s*

Guil. Gambold in Gibsons Camden p. 638 (inde Goughs Camden 3 p. 151); Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 6, 1860 p. 48 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 632) et *Gent. mag.* 11, 1861 p. 44; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 6 qui addit: *I have no notion what the letters may exactly signify* : *possibly* dns *stands for* dominus. Videntur esse litterae initiales nominum, quae vix divinando assequeris.

---

104 *Nevern, Pembrokeshire,* fragmentum tituli insertum muro ecclesiae meridionali; altum est dig. 14, latum 5.

T H
W I
M I
I M


Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 6, 1860 p. 52 qui addit: *the W in the second line has the two middle strokes crossed at the top; the two M's have the two middle strokes only reaching half the length of the side strokes, and the I in the third line is well tipped at top and at bottom, as well as dilated in the middle. The letters are nearly 3 inches long. I can find no previous notice of this stone.*

105 *Nevern* prope *Newport, Pembrokeshire, a stone not 2 feet high, round at the top.* Periit.

Guil. Gambold in Gibsons Camden p. 639 (inde Goughs Camden 3 p. 151).

---

106 *St. Dogmaels Abbey, Pembrokeshire,* prope *Cardigan,* ubi adhuc extat. In latere litterae Celticae sunt. Cippus altus p. circiter 7, latus infra dig. 12, supra 9, crassus circiter 7.



Sagrani fili Cunotami

Guil. Gambold in Gibsons Camden p. 638 (inde Horsley Brit. Rom. p. 323; Goughs Camden 3 p. 152; Orell. 2779); H. Longueville Jones Archaeol. Cambr. ser. III 6, 1860 p. 134 (quae commentatio repetita est in *the Kilkenny archaeological journal* 3, 1860/1 p. 229 ss.) et *Gent. mag.* 11, 1861 p. 39; R. R. Brash Archaeol. Cambr. ser. III 15, 1869 p. 155; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 5 qui addit litteras Celticas efficere vocabula

Sagramni maqi Cunatami

Legebatur aut *Safrani* aut *Sasrani*; sed tertium elementum *g* litteram esse probant etiam litterae Celticae.

107 At *the church of Bridell, in northern Pembrokeshire, near the town of Cardigan, a stone with a small cross in the church yard*; litterae Celticae tantum inscriptae sunt. *The church stands on the right hand side of the road leading from Cardigan to Narberth, about 3 miles from the former and one mile from Cilgerran.* Cippus altus p. 7 dig. 6, latus infra p. 2 dig. 1 ad dig. 10, supra dig. 5 ad 4½.




Nettasagru maqi Mucoi Breci?

H. Longueville Jones Archaeol. Cambr. ser. III 6, 1860 p. 314; R. R. Brash ibid. ser. IV 3, 1872 p. 249 (cf. S. Ferguson ibid. p. 355 et Brash ibid. 4, 1873 p. 103); I. Rhys Archaeol. Cambr. ser. IV 4, 1873 p. 76. 386, *inscribed stones of Wales* p. 5, item Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 21 qui addit, ultimum vocabulum fortasse etiam ita legi posse *Mreci Sleci,* sive *Vreci.*

Ferguson olim legerat (*proceedings of the Royal Irish Academy* vol. 11 p. 48): *Nettasacrohocoudocoeffeci*, postea (ibid. p. 355): *Nettasagru Maqi Mucoi greci*; Brash autem: *Neqasagrom Maqi Mucoi Neci.* Exhibeo quae legenda proposuerunt Ioh. Rhys et Ioh. Jones.

108 *Cilgerran* prope *Cardigan, Pembrokeshire,* cippus transverse scriptus, altus p. 8, latus p. 1½, qui stat in curte ecclesiae, ab ecclesia meridiem versus; in latere lapidis septentrionali litterae Celticae sunt, in parte postica crucis signum.




Trenegussi fili Macutreni hic iacit

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 1, 1855 p. 9 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 169); I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 5 et Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 20 qui examinavit accurate una cum Ioh. Jones *of Ystrad Meurig* additque: *the portion in Roman characters is not difficult to read ..., but the one in ogham* (n. 107) *took us many hours to decipher, as many of the letters had grown very faint, especially those on the front of the stone ..... Bit by bit we made out the following reading, which we feel confident is the right one*

Trenagusu maqi Maqitreni

The Trens. I may add by the way, seems to have their name perpetuated in Penallt Treini, the name of a farm in the neighbourhood.

109 *Clydai* (s. *Clydey*). *Pembrokeshire, about 6 miles from Cilgerran,* prope podium graduum, qui ad granarium ducunt in *Ty Coed farm* (*Dygoed, or more correctly, perhaps, Dugoed* Rhys), circiter m. p. ab ecclesia; cippus transverse scriptus, in margine litterae Celticae. Medium titulum occulunt ex parte lineae transversae additae tempore recentiore, ut videntur. Lapis longus est p. 4 dig. 3, latus infra dig. 11½, supra dig. 14, crassus dig. 3 ad 4.



Dob . . . i [f]ilius Evolengi

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 6, 1860 p. 227; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 5; R. R. Brash Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 280.

Rhys litteras Celticas primum ita legit


Doblotucisi

Brash vero haec ait sibi visa esse

Dofot maqi S . . .

Westwood legerat *Dob . . filius Volenc* addideratque *Volenc* nomen fortasse referendum esse ad virum aliquem aut Valentis aut Valentii nomine insignitum, perperam. Hoc inde repetivit Haddan 1 p. 168, qui lapidem Valentis aut Valentii alicuius in *Clydai* servari affirmat. Bilinguem esse putabat S. Ferguson; sed R. R. Brash nomina plane diversa esse contendit putatque primum incisum esse titulum Celticum, deinde tempore posteriore Romanum, lapidem vero ne sic quidem mansisse in situ, sed inversum ita ut pars crassa, quae olim humo infixa erat, erigeretur in altum atque ornaretur cruce Graeca, similiter ut in n. 48. Tum etiam additas esse lineas illas transversas, fortasse ut crucis quasi basim aliquam efficerent.

110 *Clydai (Clydey). Pembrokeshire,* basis horologii iuxta murum curtis ecclesiae septentrionalem; cippus altus p. 4 dig. 2, latus p. 1 dig. 1; in margine sunt litterae Celticae. Quarum quae desunt cum parte lapidis excisae sunt, ut horologium supra figeretur.




Etterni fili Victor

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 6, 1860 p. 236 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 168); I. Rhys Archaeol. Cambr. ser. IV 4, 1873 p. 198 et *inscribed stones of Wales* p. 5, item Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 278 (cf. p. 21) cuius lectionem sequor.

Rhys *Etterni,* non *Eterni,* in lapide esse affirmat. Eidem litterae Celticae visae sunt haec esse:

Ettern . . . . . V(ic)tor

111 *Clydai (Clydey), Pembrokeshire, eight miles by road south of Newcastle Emlyn, in a lovely glen or hollow, among the Preseli hills, about six miles from Cilgerran.* inserta muro curtis ecclesiae, ad ostium orientale extra portam in angulo eius sinistro (*the Lych-gate*). Lapis longus est p. 5.




Solini filius Vendoni

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 6, 1860 p. 224 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 169); I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 5 et Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 277 quem sequor.

VIII. *CARDIGANSHIRE.*

112 *Llandyssul* (s. *Llandyssil*) prope *Newcastle-Emlyn, Cardighanshire,* in muro curtis ecclesiae; ad dextram a porta occidentali; lapis altus est dig. 12, longus 14; litterae rudes, altae dig. $2\frac{1}{2}$ ad 4.



Velvor filia Broho[*magli?*]

Meyrick *Cardiganshire* p. 149 tab. 4 fig. 1 male; Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 2, 1856 p. 144; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 4.

I. Rhys nomen patris supplevit, addens: '*who this Brochwel was I have no idea, and his daughter's name is also thoroughly strange to us*'.

---

113 *Llandyssul, Cardiganshire, in a farm yard near Capel Mair in the parish of Llangeler, about two miles from the Station,* titulus hodie plane evanidus, scilicet consulto nuper erasus (Rhys). Lapis longus pedes circiter $2\frac{1}{2}$, latus 2. Repertus est a. 1828.


Decabarbalom filius Brocagni

E. L. B. Archaeol. Cambr. ser. IV 3, 1872 p. 66; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 7 et Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1875 p. 371.

E. L. B. adnotat: *from the copy sent by Mr. Spurrell of Caermarthen it appears that .... the Oghams were not corresponding to the inscription. The oghams, however, may have been incorrectly given.* Lectionem addit Westwoodii.

I. Rhys addit alios, ut *Mr. Randall Roberts,* legisse litteras Romanas ita *Decaparbeilom,* Celticas vero *Deccaibanvalbdis,* totam igitur lectionem adhuc esse desperatam.

114 *Llanfechan* (s. *Llanvaughan*), *the ruin of an old mansion near Llanybydder* s. *Llan-y-byther Station, Cardiganshire,* cippus altus p. 9 dig. 3, latus p. 1 dig. 8, repertus in parietinis aediculae dictae *Capel Whyl*; servatur in horto culinae (*in the kitchen garden* Meyr.). Nunc *forming the western boundary of what was once a garden* atque iam pedes tantum 6 dig. 8 altus Westw. *Lying against a hedge in a field close by* Rhys. In margine litterae Celticae sunt.



Trenacatus ic iacit filius Maglagni

Meyrick p. 191 tab. 4 fig. 3; H. Longueville Jones Archaeol. Cambr. ser. III 7, 1861 p. 43 (inde *assoc. journ.* 17, 1861 p. 302; Haddan et Stubbs I p. 168) et *Gent. mag.* II, 1861 p. 39; R. R. Brash Archaeol. Cambr. ser. III 15, 1869 p. 160: item repetita est commentatio ab H. Longueville Jones conscripta in *the Kilkenny archaeological journal* 3, 1860/1 p. 303 ss.; I. Rhys Archaeol. Cambr. ser. IV 4, 1873 p. 74 et *inscribed stones of Wales* p. 4.

I. Rhys litteras Celticas significare putat

Trenaccatlo

in modern Welsh Tren a Chadlo, Tren and Cadlo.

---

115 In *Penbryn parish, Cardiganshire.* olim stetit non procul ab ecclesia. nunc iacet in agro quodam dicto *Parc Caregg y lluniau.* cippus altus circiter p. 5, latus p. 2 dig. 3 ad p. 1 dig. 4. *The shortest cut to this stone would be from the Cardigan road at a point a little north of Blaenporth; it stands in the middle of a corn field called Cae'r Felin Wynt on the farm of Dyffryn Bern,* litteris optime servatis Rhys.



Ordous Corbalengi iacit


Ed. Llwyd in Gibsons Camden p. 648 (inde Goughs Camden 3 p. 160); Meyrick p. 178 tab. 4 fig. 2; H. Longueville Jones Archaeol. Cambr. ser. III 7, 1861 p. 305.

1 IACET Meyrick.

Legendam putavi inscriptionem ita, ut praecedat v. 2; sed potest etiam *Corbalengi* nomen defuncti esse. Llwyd proposuerat, sed dubitanter, *cor Balencii. Ordous* videtur idem esse atque Ordovix olim gentis nomen.

---

116 *Llanarth, Cardiganshire.* in curte ecclesiae prope portam meridionalem. Lapis altus est p. 4 dig. 6, latus p. 2 dig. 10; cruce magna tectus est omnis, in cuius trabe inferiore titulus legitur: in margine extant litterae Celticae.



Gurhir[e]t ?

Meyrick p. 235 tab. 4 fig. 4 qui male legit *Henricus*; Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 9, 1863 p. 262; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 4 et Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 20.

Rhys haec addit: *the stone has peeled of, so that some of the letters are very imperfect and one of them entirely gone. On the left arm of the cross we found four strokes making, if we read downwards in the same direction as* Gurhiret, *the Ogmic character for c. Thus we have altogether* C. Gurhiret, i. e. *Croc Gurhiret, the cross of Gurhiret, which is interesting as showing that the Celtic alphabet was used, to some extent, as late as the eighth century. I find no reason to believe there ever were more Ogmic characters on the stone.*

---


117 *Silian, some what under two miles from Bettws Station, Cardiganshire, a cross-inscribed stone built into the wall of the church, the shaft of the cross extending right through the middle of the letters B and A, and showing that the stone originally stood upright; it is placed horizontally in the wall, and is probably only a fragment.*

+BAN DVSIACIT

Bandus iacit

I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 4. Idem exemplum suum mihi misit, quod exhibeo. In *Silian* servari praeterea lapidem litteris Celticis inscriptum Iohanni Rhys affirmavit *Ioh. Jones of Glandennis.*

118 *Llandewi Brewi, Cardiganshire,* ad portam ecclesiae, cippus tenuis, dictus a volgo *St. Davids leaning staff* (Meyr.), litteris incertis. Cippus altus p. 7 dig. 7, latus dig. 10.



C[e]nl sm ... ?

Ed. Llwyd in Gibsons Camden p. 644 (inde Goughs Camden 3 p. 158), qui non intellexit; Meyrick p. 271 tab. 5 fig. 3; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 4.


Rhys adnotat: *it would naw seem to be*

ceIIIISIIbtdS

but the HII *may be* FILI *and the* d *may be* R *partly obliterated.*

---

119 *Llandewi Brewi, Cardiganshire,* postis ianuae, quae ad ecclesiae curtem ducit a parte orientis, cippus altus p. 3 dig. 10, latus p. 1 dig. 2, litteris incertis.




Dalucdusnelvi?

Meyrick p. 271 tab. 5 fig. 4.

Quemadmodum vocabula distinguenda sint non liquet.

120 *Llan Devi Brevi, Cardiganshire,* ad ecclesiam, supra portam quae ad suggestum ducit (*aver the chancel door*). Tribuitur saeculo octavo. Mensura non indicata.




hic iacet Ianert filius I[acobi?] qui occisus fuit propter p[redam?] sancti [David?]

Ed. Llwyd in Gibsons Camden p. 644 (inde Goughs Camden 3 p. 158; Meyrick p. 269 tab. 5 fig. 2; Haddan et Stubbs 1 p. 625) qui supplevit secundum ea, quae de hoc lapide ibi tradita accepit. Partem lapidis inferiorem ab eo additam in textu uncis inclusi.

Creditur hic homo idem esse atque *Idnerth* ultimus episcopus in *Llanbadarn*, qui occisus est c. a. 720 (Haddan et Stubbs 1 p. 146).

---


121 *Tregaron, Cardiganshire,* in curte ecclesiae olim, postea servatus in *Goodrich Court* cura Meyrickii. Lapis altus est p. 1 dig. 2, latus p. 1.



Potenina malher (mulier?)

Meyrick p. 252 tab. 7 fig. 1 (inde Westwood Archaeol. Cambr. ser. nova 1, 1850 p. 90).

122 *In the parish of Llanwnnws*, prope *Ystrad Meurig* (s. *Meyric*), *Cardiganshire, on a stone ornamented with a cross (the Gwnnws stone).* Cippus altus p. 3 dig. 9.



(*Christus*) *quicunque explicaverit hoc nomen det benedixionem pro anima Hiroidil filius Carotinn*

Meyrick p. 304 tab. 7 fig. 6; Professor Graves misit Westwoodio, is mihi; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 4 et Archaeol. Cambr. ser. IV, 5, 1874 p. 245 qui adnotat: *after many futile attempts we made out the following legend, which, I am confident, is the correct one.* Supra proposui exemplum Meyrickii correctum ex exemplo Iohannis Rhys, quod is mecum communicavit.


---

123 *In Llanwnnws churchyard, near Ystrad Meurig, Cardiganshire, a stone which has a cross on it and an inscriptian in Hiberno-Saxon characters.* Imaginem photographicam frustra procurare conatus est Rhys.

Canotinn

I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 4: ductus indicatione quadam *in the Myvyrian Archdiology* (p. 422, a); sed idem postea intellexit mihique nuper scripsit referenda haec esse ad n. 122.


124 *Llanllear, Cardiganshire* Westwood. *Llanllyr, in Col. Lewis' house, a cross-inscribed stone; the original stone was split longitudinally along the shaft of the cross; the one half has been lost, and the remaining one is, I believe, to be removed to a more fitting place, than it now occupies, when the repairs going on at the house have been completed* Rhys. Mensura non indicata.



temuicucoitoc — | . acioninuato | cas filius asa|ittmeitcii . . . . ?

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 9, 1863 p. 258 (inde Haddan et Stubbs I p. 629) qui *Maclonia* et *filius* tantum vocabula legit; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 5 quem sequor; addit autem lectionem incertam esse (*the reading is not perhaps altogether wrong*).

125 *In Llanervil* (s. *Llanerfyl*), *Montgomeryshire* (*fourteen miles from Welshpool, about twelve from Dinas Mawddwy, and between ten and twelve from Carno over the hills* Rhys), *on a stone in the churchyard*. Mensura non indicata.



hic [*in*] *tum*[*u*]*lo iacit R*[*e*]*stece filia Paternini an. IXIII in pa*[*ce*]

Lewis Morris *Gent. mag.* 61, 1791 p. 13 tab. 3 fig. 3; Westwood mihi misit; I. Rhys Archaeol. Cambr. ser. IV 4, 1873 p. 290 et *inscribed stones of Wales* p. 10 non viderat, postea Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 333 legit quamvis evanidam, ut dedi supra.


6 lege AN · LXIII.

Near Maes Llymystyn, in the parish of Garthbeibio, Montgomeryshire, at the distance of about 100 *yards from the path leading across the fields to the farm-house, and in the second field from the river, is an erect stone, having an inscription (though illegible) on the east side; the remaining sides forming the four sides of a hexagon. The top has evidently been broken off, and near the foot of it lie fragments, which, with little trouble, and as little expense, may yet be restored to their original position. I am inclined to think a cross will be found inscribed upon it.*

D. R. Thomas Archaeol. Cambr. ser. III 2, 1856 p. 329.

IX. *MERIONETHSHIRE.*


126 *Towyn, Merionethshire, in the parish church, the so called St. Cadfans stone.* Lapis longus p. circiter 7, latus circiter dig. 10. Tribuitur saeculo sexto circiter medio, fortasse iniuria.



a † *cingen celen*
b † *tengrug cimaltedgu adgan ma . . . tr*
c *anterunc dubut marciau[n]*
d *molt tricet clode tuar [a]nitanam*

Ed. Llwyd in Gibsons Camden p. 622 (inde et ex schedis Ed. Llwyd et Tayloris Goughs Camden 3 p. 172 tab. 9 fig. 1—5); Pennant 1 p. 93. 94, *supplemental tables* 5 fig. 3; I. Williams et Westwood Archaeol. Cambr. 3, 1848 p. 364, Thom. Wakeman et I. G. Nichols Archaeol. Cambr. 4, 1849 p. 21; Westwood et Wakeman Archaeol. Cambr. ser. nova 1. 1850 p. 90. 205 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 164); I. Rhys Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 243 qui examinavit a. 1874, sed lectionem et interpretationem esse incertissimas affirmat. Ceterum litteras uncis inclusas addidit Rhys, quas putaret extare in lapide.

127 *Towyn, Merionethshire, in the churchyard.* Mensura cippi non indicata.



Pascent?

Pennant *supplem. tables* tab. 5 fig. 2 (inde Goughs Camden 3 p. 172 tab. 9 fig. 7); Westwood *Gent. mag.* 11, 1861 p. 39; Haddan et Stubbs 1 p. 164. Lapis videtur integer esse; de tempore eius non liquet.

128 *Kell Wart (Ardudwy. Llanaber), Merionethshire.* lapis pro ponticulo tramitis inserviens Gough. In *Llanaber church* prope *Barmouth* Rhys. Mensura non indicata.

CÆLEXTI
MONEDO
RISI

Caelexti Monedorigi

Pennant nescio ubi (inde Goughs Camden 3 p. 173); Jones Parry Archaeol. Cambr. ser. nova. 4, 1853 p. 215 (cf. ser. III 12, 1866 p. 368; Haddan et Stubbs 1 p. 629); I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 11. Eius exemplum exceptum e lapide mihique missum supra dedi.

Pennant ita dedit: *hic iacit Calixtus Monedorigi.* Rhys olim adnotavit: Caelix *king of the mountains, rather thon the king of the Isle of Man, as some seem to have supposed; but who was this monarch of the mountains?* Nunc mecum putat simpliciter esse *Caelexti* (pro *Caelestis* aut *Calixti*) (*filius*) *Monedorigi*; patris nomen potest fuisse aut *Monedorix* aut *Monedorigus.* Rhys ipse comparat *Dumnorix, Dumnorigis* formas.


129 Puteal ligneum, rep. *in a bog near Dinas Mawddwy, in Merionethshire, formed of a massy piece of knotty oak, rude in the sides as in the state of nature; the top and bottom bevelled, seemingly with no better instrument than the axe. On the upper part is a large hollow basin capable of containing about six quarts — immediately beyond a narrow slope has been formed, on which is cut, in large letters, the inscription* Llwyd. Diameter circuli maioris dig. 11, minoris dig. 3. *length of the log* 1 *f.* 10 *in.*



Athrywyn?

Rich. Llwyd (1790) in *archaeol. journ.* 13, 1856 p. 292 (inde Archaeol. Cambr. ser. IV 3, 1872 p. 258).

130 *Llanfihangel y Traethau, Merionethshire, in the church yard.* Cippus oblique stans altus p. circiter 6.



† h(oc) est sepulcrum Wleder matris | Odeler qui primum edificar[it] ‖ hanc eclesia | in t(e)mpore Ewini regis

Pennant *supplemental tables* 5 fig. 4; Goughs Camden 3 p. 172 in tab. fig. 8. 9; T. P. D. Jones Parry et Westwood Archaeol. Cambr. 3, 1848 p. 224, hic etiam *Gent. mag.* 11, 1861 p. 39; I. Wakeman et I. G. Nichols Archaeol. Cambr. 4, 1849 p. 21 s. (inde Haddan et Stubbs 1 p. 628); I. Rhys Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 243 s. et 334 qui examinavit a. 1871 cuiusque lectionem sequor; R. R. Brash ibid. p. 335.

Quae post ‖ dedi in imagine non depicta, quia scripta sunt in cippi lateribus duobus reliquis, qui descripserunt exhibent similiter omnes.

Regem Ewinum (*Owen*) obiisse a. 987 ex libro *Brut y Tywysogion* constat, ut I. Rhys adnotavit; sed idem potius adscribendam censet tempori *of Owain Gwynedd,* p. C. 1137—1169. Saeculi decimi quinti lapidem esse putabat Westwood.

131 *In the Parish of Trawsfynydd, .. not far from Rhiw goch, is a stone with this inscription* VAUGH. *Parish of Trawsvynydh*, prope *Llĕch Idris, Merionethshire*, lapis dictus *Bĕdh Porws or Porus' grave* LLWYD. *A stone on the farm of Llech Idris, about three miles beyond Trawsfynydd, not far from what is I believe the old road to Dolgelley* RHYS. Infra addita sunt haec tempore recenti: 1245E. Cippus altus est p. 10 plus minus, latus p. 4 dig. 6, crassus dig. 15.

PORIVS
HIC IN TVMVLO IACIT
HOMO · XPIANVS FVIT

Porius hic in tumulo iacit,
homo christianus fuit

Rob. Vaughan [1592—1666] Archaeol. Cambr. ser. nova 1, 1850 p. 203; Ed. Llwyd in Gibsons Camden p. 662 (inde Goughs Camden 3 p. 176) et Archaeol. Cambr. 3, 1848 p. 246; (H. L. Jones) Archaeol. Cambr. 1, 1846 p. 424 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 167); Westwood *Gent. mag.* 11, 1861 p. 39; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 11; W. E. Wynne Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1873 p. 78 qui ab Ioh. *Lloyd of Cefnfaes* et *Pen y Glanau* audierat, ante a. 1856 additamentum novicium (1245 E) in lapide non fuisse.

2 . . RIANVS Llwyd; legebant *Christianus*, quod quamquam non probatum ab Edwardo Llwyd tamen fortasse verum est (XRIANVS).

Vaughan legebat *hic in tumulo iacet Eporeus qui homo Xrianus fuit.*

---

132 *Caer Gai, parish of Llannuwchllyn, Merionethshire* VAUGHAN. Videtur periisse. Mensura non indicata.

hec iacet Salvianus Bursocavi filius Cupetian

R. Vaughan [1592—1666] Archaeol. Cambr. ser. nova 1, 1850 p. 204; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 10 non vidit; sed lectionem affirmat incertam esse, *but it is such that one cannot doubt that the original from which it has been guessed was of a date anterior to the end of the sixth century.*

133 *Llanfawr* (s. *Llanfor*), prope *Bala, Merionethshire, built into the church-wall, inside the entrance; the rest is lost* VAUGHAN. Mensura non indicata.

CAVOSENIARGII

Caroseniargii . . . . .

R. Vaughan [1592—1666] Archaeol. Cambr. ser. nova 1, 1850 p. 204; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 11 qui ectypum misit.

Cavos Eniarsii Vaughan legit, *Cavo Seniarsii* legendum putavit Westwood. Imago quamvis in fine *li* potius videatur exhibere, tamen *ii* probabilius est. Linea subscripta aut fortuita est aut interpunctionis vice fungitur.

134 *Llanfihangel-y-Traethau* (*S. Michael of the estuaries*), *Merionethshire*, in ora maritima, circiter m. p. 4 ab *Harlech*. in muris ecclesiae nuper lapis repertus est forma triangulari longus dig. circiter 22. Inscriptus est utrimque iam in fastigio quam infra. Qui ab altera parte extant tituli novicii sunt hi '*Mai. 16 / 1679*' et lingua Gallica (*Welsh*) alter lectu difficilis, sed in haec vocabula desinens '*wyf mewn heddwch*' (i. e. sum in pace). Ab altera parte extant tituli Latini duo, in fastigio angulato alter (*a*), cuius versus duo priores visi sunt inducti esse consulto, alter (*b*) infra. Litterae neglegenter incisae hodie admodum evanidae sunt.


a M
I M P
DOMVS
MEA
5 SEPVLCHRVM

b *ip*SE IVBET MORTIS TE ME
MINISSE DEVS †

I. Wordsworth in ephemeride *the Academy* a. 1874 p. 434. Ectypum, quod idem reportavit, incerta tantum vestigia exhibet, unde imago inde desumi non potuit. Sed apparet vere observasse editorem, cum tituli *a* vv. 1. 2 ex antiquiore fortasse reliquos esse diceret, vv. 3—5 multo recentiores itemque titulum *b*. Idem in epistula ad me data adnotat vocabula '*domus mea sepulchrum*' fortasse desumpta esse ex versu Iob prophetae XVII 13: '*si sustinuero, infernus domus mea est*'. Versiculus infra positus unde desumptus sit indicavit iam amicus Wordsworthii; scilicet legitur apud Martialem II 59, 4. Poetam christianis etiam hominibus acceptum fuisse docet titulus Hispanus christianus n. 65 anni p. C. 641, in quo legitur alter Martialis versiculus (VI 76, 4) *non timet hostiles iam lapis iste minas*.

X. CAERNARVONSHIRE.

135 *Penmachno. Caernarvonshire.* Cippus magnus (mensura accuratior non indicata). Creditur esse saeculi sexti septimive.




Cantiori. Hic iacit, Venedotis cive(s) fuit, [c]onsobrino(s) Ma[g]li magistrati

Pennant nescio quo loco memoravit; H. Longueville Jones Archaeol. Cambr. ser. III 6, 1860 p. 363 (cf. *Gent. mag.* 9, 1860 p. 497, 8); Westwood Archaeol. Cambr. ser. IV 2, 1871 p. 257 cuius imaginem sequor; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 10.

Venedotis cives creditur esse civis Venedotiae, i. e. Guenedotae sive Guenedotiae, hodiernae *Gwynedd*; ita enim apud Nennium et in annalibus Cambriae regio illa appellatur. Sed quis affirmet *Venedotes* sive *Venedotis* non fuisse viri alicuius nomen fortasse iuxta sepulti, ita ut *Cantiorus* (aut *Cantiorius*) eius civis sive conterraneus fuisse dicatur? Vocabula duo ultima cum non in eodem lapidis latere scripta sint, peculiarem titulum esse credebant; sed recte I. Rhys monuit cum prioribus esse coniungenda. Licet autem verba aut ita iungere ut supra indicavi interpunctione, aut etiam ita: *C. hic iacit, Venedotis cives, fuit consobrinos M. m.*


136 Repertus in *Penmachno, Caernarvonshire,* servatus ibidem in ecclesia. Cippus parvus altus dig. 22, latus 11.



Carausius hic iacit in hoc congeries lapidum

Westwood *Gent. mag.* 9, 1860 p. 497, 8 et 11, 1861 p. 39; Archaeol. Cambr. ser. III 9, 1863 p. 256 (inde Haddan et Stubbs I p. 166); I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 10.

137 *Penmachno,* prope *Llanrwst, Caernarvonshire, on a rude stone in the church found in taking down the old church.* In lapide rudi supra, ut videtur, non integro reperto dum vetus ecclesia diruitur. Nunc servatur intra ecclesiam cura H. L. Pryce rectoris. Litterae altae sunt dig. 2 ad 3.



. . . . oria ic iacit

Westwood Archaeol. Cambr. ser. IV 2, 1871 p. 262 qui initio nihil deesse affirmat; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 10.

---


138 *Llannor* prope *Pwlhelli, Caernarvonshire,* in posti curtis ecclesiae.

Figulini fili Locu . . . ei hic iacit

Westwood textum mihi misit; I. Rhys non vidit frustraque studuit obtinere exemplum. Imaginem vel ectypum nancisci non potui.
Lectionem sola Westwoodii fide stare ne obliviscaris.

---


139 In dioecesi *Llannor* promontorii *Lleyn*, *Caernarvonshire*; lapides duo reperti in sepulcro iuxta domunculam dictam *Beudy'r Mynydd,* in praedio *Pempris.* Lapis hic altus p. 6 dig. 2; alter lapis est infra n. 140.



Icuenali fili Etern[*i*] *hic iacit*

T. L. D. Jones Parry et Westwood Archaeol. Cambr. 2, 1847 p. 202 (cf. ibid. ser. III 6, 1860 p. 226; indidem Haddan et Stubbs 1 p. 166). I. Rhys non vidit.

140 In dioecesi *Llannor, Caernarvonshire,* rep. et servata una cum praecedente. Lapis altus p. 6.



Vend . . . .

T. L. D. Jones Parry et Westwood Archaeol. Cambr. 2, 1847 p. 202 (cf. ibid. ser. III 6, 1860 p. 226; inde Haddan et Stubbs 1 p. 166); I. Rhys non vidit.

---

141 In *Llannor parish, Caernarvonshire, over a stable.* Mensura non indicata.

DERVON HIC IACET

Goughs Camden 3 p. 186. Fortasse recentior quam a. 1000.

142 *Llangian, about nine miles from Pwllheli, Caernarvonshire*, in curte ad ecclesiae latus meridionale. Cippus altus p. 3 dig. 10. Tribuitur saeculo quinto.



Meli Medici fili Martini iacit

Westwood Archaeol. Cambr. 3, 1848 p. 105 (inde Haddan et Stubbs I p. 166); I. Y. Simpson *proceedings of the society of antiquaries of Scotland* 4. 1863 p. 130 ligno incisam; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 10 et Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 173.

---

143 *Bardsey Abbey, Caernarvonshire, a gravestone, apparently of the sixth century.* Mensura non indicatur.

. . . . . MARC VELIO

Westwood Archaeol. Cambr. 3, 1848 p. 365. I. Rhys non vidit.

Nisi sexti saeculi esse titulum affirmavisset Westwood, cuius sola fide lectio stat, facile de lapide Romano saeculi alterius tertiive, sed male lecto, cogitaveris.

In *Capel Yverack* in *Aberdaron, Caernarvonshire*, cippum inscriptum extare, cuius tamen titulum non adscripsit, affirmat

Goughs Camden 3 p. 186.

---

144 Repertus in *Gors*, inter *Cefn Amwlech* (s. *Amwlch*) et *Aberdaron, Caernarvonshire*, servatus in *Cefn Amwlch, on the lawn of the house of Charles Wynne Esq.* Credebatur saeculi esse decimi undecimive; est autem multo vetustior. Cippus forma cylindrica altus est p. 3 dig. 6, latus 6 ad 18; litterae altae dig. 2½ ad 3½.



Senacus pr(e)sb(yter) hic iacit cum multitud(i)nem fratrum . . . . [*prespiter?*]

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 5, 1859 p. 54 et *Gent. mag.* 11, 1861 p. 39 (inde Haddan et Stubbs I p. 629); I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 10 cuius lectionem sequor. Is addit inter *fratrum* et *prespiter* vocabula alia esse, quae legi non possint. In imagine ne *prespiter* quidem vocabulum clare deprehenditur; sed se legisse in lapide Rhys affirmat.

---

145 *Cefn Amwlch, along the pilgrim road going to Bardsey Island, Caernarvonshire, lying under some trees near the house.* Cippus altus p. 3, latus dig. 8—12; litterae altae dig. 2½ ad 3½.



Veracius p(res)b(yte)r hic iacit

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 5, 1859 p. 55 et *Gent. mag.* 9. 1860 p. 497, 8 (inde Haddan et Stubbs I p. 629); I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 10 quem sequor.

Meracius Westwood, sed *Veracius* legendum esse affirmat Rhys.

146 *Llanhaiarn* (s. *Llanelhaiarn*), *about four miles from Chwilog Station, Caernarvonshire.* rep. ante tres plus minus annos (ante a. 1867 puto) in campo olim dicto *Gardd Sart* iuxta curtem ecclesiae. Cippus altus p. 4 dig. 3.




Alhortu Seimetiaco hic iacet

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 13, 1867 p. 342; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 10 et Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 246.

Rhys primum ita legerat: *Alhortugemetiaco hic iacet*, postea vero, postquam iterum examinavit lapidem, eam praetulit lectionem, quam exhibui supra. Idem Rhys adnotat in hoc solo lapide *iacet* formam extare pro *iacit* alioquin solita in his titulis.

147 *Llanfaglan* prope *Caernarvon*: prodiit ex muris ecclesiae, in qua servatur. Cippus altus p. 5, latus dig. 15.



Anatemori fili Lovernii

Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 1, 1855 p. 8; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 10.

Videtur integra esse eoque ordine procedere, quem supra indicavi.

XI. *ANGLESEY.*

148 *Vrondeg near Newburgh, Anglesey* Llwyd. *In a place called Vron* (s. *Fron*) *in the parish of Llangaffo, on the way to Newborough and Caernarvon* Anon. *I found it serving as a gate post* Jones. Similiter reliqui. Servatur in *Llangaffo, about three miles from Holland Arms station, in the vestry of the church* Rhys. Cippus altus est p. 6.


us . . . nih . . . i filius Cuuri . . cini erexit hunc lapidem

Ed. Llwyd in Gibsons Camden ed. II (1722) 2 p. 810 (inde Goughs Camden 3 p. 203); Anonymus in cod. Mus. Brit. 14, 934 f. 216; Pennant 2 p. 223 qui non vidit, sed sumpsit ex schedis Rowlandi; Westwood Archaeol. Cambr. 1, 1846 p. 429 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 629) quem sequor; H. L. Jones *gent. mag.* 9, 1860 p. 498; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 10 cuius lectionem exhibeo.

Initio pauca videntur deesse. 1. 2 CVR . . . Llwyd Penn., ⁻VR|SHIH: Anon. (unde supplevi S litteram initio v. 2). 4. 5 VINNEMAGLI Jones, CVNRIANI vel VLRICI (ita Rowland) Llwyd, CVVRICINI Pennant Jones.

---

149 In *Llangadwaladr, near Bodorgan Station, two miles north-east of Newburgh, Anglesey, on a stone like a coffin lid,* supra portam ecclesiae meridionalem Llwyd. Ibidem reliqui. Litterae sunt saeculi septimi secundum opinionem Westwoodii. Mensura non indicata.




Catamanus rex sapientisimus opinatisimus omnium regum

Ed. Llwyd *philos. transact.* 22, 1700 p. 790 (inde Goughs Camden 3 p. 203); *History of Anglesey* p. 33 male: Rowland Mona antiqua p. 157 tab. 9 fig. 4; G. Petrie apud H. L. Jones Archaeol. Cambr. 1, 1846 p. 166 ligno incisam, quem sequor; Westwood *gent. mag.* 11, 1861 p. 39; Haddan et Stubbs 1 p. 166 ex praecedentibus; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 10.

Rex *Cadwalader*, qui obiit a. p. C. 664 aut 679, putatur lapidem hunc erexisse avo suo regi *Cadfan*. V. 3 in. pars M litterae in imagine periit.

150 *Llangefni, Anglesey, in the churchyard, at the S. E. side of the church* Westwood. *In the vestry room* Rhys. Cippus altus est p. 4 dig. 3. latus dig. 18, litterae variant inter dig. 3¼ et 1¾.




Culidori iacit et Orurite mulier Secundi

H. L. Jones Archaeol. Cambr. 2. 1847 p. 42; melius Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 2, 1856 p. 145 et *gent. mag.* 11, 1861 p. 39; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 10.
Supra nihil deest.

---

151 *Heneglwys, Anglesey, about four miles from Holland Arms Station, in the wall of the church.* Lapis longus dig. 22, latus 13.



. . ilius cu[ius a]nima requicit [in pace]
. . .

H. L. Jones Archaeol. Cambr. 1. 1846 p. 67 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 628); Westwood *gent. mag.* 11. 1861 p. 39; I. Rhys Archaeol. Cambr. ser. IV 4. 1873 p. 290 et *inscribed stones of Wales* p. 10.

---


152 *Whaen Wen House in Anglesey* a. d. 1728.

·BN. PP' VS
CO'BURRI
'CLAC-T-7 I Ed

Obarrus Conburri ic iacit?

Anonymus in cod. mus. Brit. 14, 934 f. 216 exempla duo profert alterum a Guilelmo Jones Slater, alterum ab Iohanne Owen Dwyran sumptum. Hoc exhibet imago mea, quae Slaterus legit dedi in textu. *E d* in fine videntur novicia esse.

153 *Llansadwrn, Anglesey, about two miles from Bangor by the ferry-boat,* in aediculae S. Saturnini pariete orientali. Saeculi sexti esse creditur. Mensura non indicata.



hic beatu[s] Saturninus se[p(ultus) i]acit et Suasa coniux. Pa[x vobiscum?]

H. L. Jones *archaeol. journ.* 1, 1846 p. 124 et Archaeol. Cambr. 2. 1847 p. 259 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 165); Westwood *gent. mag.* 11. 1861 p. 39; I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 10.
3 Legerunt etiam *se [ipse] iacit et sua sa[ncta] coniux*; minus probabiliter.

154 *In Penrhos Llugwy* (s. *Lligwy*) *churchyard, Anglesey, about five miles from Amlwch, near the west end of the church, on the south side, about a yard and a half from the church* Rhys. Mensura non indicata.



hic iacit Maccu Decceti

Rowlands Mona antiqua p. 157 tab. 9 fig. 3 (inde H. L. Jones Archaeol. Cambr. ser. III 7, 1861 p. 296; Haddan et Stubbs 1 p. 166); Lord Boston Archaeol. Cambr. ser. III 10, 1864 p. 105 quem sequor; R. R. Brash Archaeol. Cambr. ser. IV 2, 1871 p. 266; I. Rhys Archaeol. Cambr. ser. IV 4, 1873 p. 198 s. 334. 386 s. et *inscribed stones of Wales* p. 10.

Brash legendam putat ita: *hic iacit Maccui decceti*, Rhys: *Maccu-decceti* lineamque V litterae superpositam in lapide esse negat.

'Maccus plurimarum rex insularum' fuit a. p. C. 973; a quo hic homo videtur prorsus diversus esse.


---

155 In *Llan Babo. Anglesey* Llwyd. *Maen-hyr Llanol yn Llan Babo,* i. e. lapis servatus *in the parish of Llan Babo, in a tenement called Llanol* (sed *Llanol* pro *Llineol* positum esse alii coniecerunt, ut si lapis lineis exculptus) Anon. Cippus videtur erectus stetisse.

Llwyd:

a

b



Westwood:

G T ᴼ B I C I H I À E T

Edw. Llwyd in Gibsons Camden p. 678 cui descr. Robert Humphreys (inde Goughs Camden 3 p. 205); Anonymus in cod. mus. Brit. 14. 934 f. 215* et 215 v. exempla duo *a* et *b* profert auctoribus non indicatis; Westwood mihi misit, qui perspexit in fine latere vocabula *ic iacit.* Reliqua incerta.

156 *Llaniestin, Anglesey*, in ecclesia. Tribuitur saeculo nono, sed videtur multo recentior esse.

hic iacet sanctus Yestinus cui Gwenllian filia Madoc et Gryffyt ap
Gwilym optulit in oblac(i)o(n)em istam imaginem p(ro) salute animarum s(uarum)


Goughs Camden 3 p. 202; Rowlands Mona antiqua p. 155 tab. 9 fig. 2 (inde H. L. Jones Archaeol. Cambr. 2. 1847 p. 324; Haddan et Stubbs 1 p. 166), M. H. Bloxam Archaeol. Cambr. ser. IV 5, 1874 p. 224.

Rowlands haec tantum legi posse in lapide adnotat:

ΩIaJMaaƶGRYRRVƶMPGWILɐM MNIMMRVM:S ИaM:P:SMNIVƶa S̄C̄B IP‡VNI

XII. *DENBIGHSHIRE.*


157 *Gwytherin, six to seven miles south-east of Llanrwst, Denbighshire,* in curte ecclesiae. Creditur sexti saeculi esse.



Vinnemagli fili Senemagli

Pennant *supplem. tables* tab. 5 fig. 1 (inde Goughs Camden 3 p. 210 tab. 9 fig. 18); Westwood Archaeol. Cambr. ser. III 4, 1858 p. 406 (cf. 2, 1847 p. 33; indidem Haddan et Stubbs 1 p. 167); I. Rhys Archaeol. Cambr. ser. IV 4, 1873 p. 197. 386 et *inscribed stones of Wales* p. 10.

158 Repertus in campo dicto *Doltrebedw, Denbighshire,* cum via nova versus *Holyhead* intra *Lima* et *Cernioge* sternebatur. Servatur in *the drawing room of Lima House, the seat of Charles Wynne Esq., about* $1\frac{1}{2}$ *m. west of Pentre Voelas.* Saeculi octavi esse creditur.




Brohomagli iam ic iacit et uxor eius Caune

Gent. mag. 90, 1820 I p. 443; Westwood Archaeol. Cambr. 2, 1847 p. 30 et 183 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 625); I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 10.

Anonymus in *gent. mag.* ita legit: *Brohonagli | iat hic iacit | et uxorem Caune.*

159 Inter montes huius regionis (i. e. *Denbighshire*) locus est vulgo dictus *Cerig y Drudion,* i. e. lapides Druydarum, nonnullaeque cernuntur columnulae ad *Y-voellas* peregrinis characteribus inscriptae .. et haud multum a *Clocainog* haec in saxo legitur inscriptio Camden. *In Clocaenog parish, 3 miles from Ruthin,* lapis altus p. $6\frac{1}{2}$, latus $2\frac{1}{2}$ Llwyd. *Formerly on the summit of Bryn-y-Beddau, near Ruthin, upon a barrow named Bedd-Emlyn; Lord Bagot removed it to Pool Park,* ubi servatur. Litterae Celticae extant *upwards on both edges,* similiter atque in n. 24 Rhys.



Saumilini Tovisaci

Franks mentionem fecit Afranii Syagrii consulis a. 382; potest autem etiam indicatus esse homo aliquis cognominis.

221 In tessera rotunda ex plumbo (*a leaden bull*), rep. in *Whitby, Yorkshire.*

+	+
BONI	ARCHI
FATII	DIAC
+	+

D. H. Haigh *the monasteries of S. Heiu* cet. p. 23 ss., qui Ioh. Bapt. de Rossi opinionem de hoc sigillo ab amico quodam acceptam addit. qua is probabiliter statui confirmat, quod Bonifatius hic tempore S. Wilfridi, qui obiit a. 709, creditur vixisse.

---

222 In annulo aureo reperto in *Brancaster* (*Norfolk*), *upon which are engraved two rude heads, and above and beneath them the words*

VIVAS

capita duo

IN DEO

S. Woodward Archaeologia 23, 1831 p. 361 (inde C. I. L. VII 1307).

---

223 In annulo aureo reperto ante a. 1786 Callevae (*Silchester*); *the hoop is formed into several squares, in the uppermost of which is a head, rudely engraved, with the letters*

VENVS

in Roman capitals round it; and in the several other compartments the following inscription

SE NI CIA NE | VI VAS | IN | DE

Lord Arden Archaeologia 8, 1787 p. 449 (inde Goughs Camden 1 p. 205; A. I. Kempe *gent. mag.* ser. nova 1, 1833 p. 124 et Archaeologia 27, 1838 p. 417; C. I. L. VII 1305).

---

223 *a* Annulus caelatus (operis eius quod *Niello* dicunt Itali) rep. *in the parish of Laverstock, Hampshire.* Servatur Londinii in museo Britannico.

† EIHELVVLF

Ethelvulf

A. Way *archaeol. journal* 2, 1845 p. 163.

---

224 Annulus aureus repertus in campo inter *Aberford* et *Sherburn, Tadcaster, Yorkshire.* Servavit Dunelmi Guil. Greenwell canonicus; nunc est Londinii apud Aug. W. Franks. Inscriptum est in facie externa supra agni imaginem

A D

in parte interiore

EA

ÐELSVIÐ

REGNA

Eathelsvith reg(i)na

Archaeol. Cambr. ser. IV 4, 1873 p. 304; A. W. Franks *proceedings of the society of antiquaries* ser. II 6, 1875 p. 306 s.

Litterae singulares significant *agnus dei.*

Aethelswith regina Merciae, soror Aelfredi Magni, obiit a. 889. Sepulta est Papiae in Italia; annulus hic videtur oblatus esse ecclesiae alicui ibique nomen reginae insculptum. Ceterum N ita formatum est, ut possit etiam pro I et N contignatis haberi.

225 Annulus tam aequalis eius, quem dedi n. 224, ut visus sit ab eodem opifice factus esse, repertus est prope *Driffith, Yorkshire, W. R.* Pars media deest; circa eam scriptum extat

ECCE AGNVS DEI

Guil. Greenwell Dunelmensis mecum communicavit.

---

226 Londinii reperta est acus aerea, cuius caput discus parvus est nummi alicuius Constantini typum imitatus rudi admodum opere; adiectum est crucis signum cruci Graecae simile.

C. R. Smith *Roman London* p. 128 ligno incisam dat (idem puto *catalogue of the museum of London antiquities* p. 63; inde Haddan et Stubbs 1 p. 40).

---

227 Una cum tegulis Romanis inscriptis, quae repertae sunt prope *Chedworth, Gloucestershire,* in parietinis villae rusticae vetustae atque servantur Cirencestriae in museo (C. I. L. VII 1236. 1237) prodierunt etiam tegulae inscriptae litteris

I II S

S. Lysons *our British ancestors* (Oxon. 1865) p. 76 (inde fortasse Haddan et Stubbs 1 p. 40, qui videntur cogitavisse de tegulis signo christiano signatis, quas ibi non prodiisse sciscitanti mihi rescripsit H. M. Scarth); H. M. Scarth et I. W. Grover *assoc. journal* 23, 1867 p. 102 ss. 226. 228 tab. 10.

Litterae hae tegulis inscriptae si revera Christi nomen designant, vix videntur vetusto tempori tribui posse.

---

228 In lucerna argillacea musei Aelianensis (*Newcastle-upon-Tyne*).

☧

Descripsi. C. I. L. VII 1330, 27.

Signa praeterea etiam alia christiana in vasculis argillaceis in Britannia repertis extare tradunt Haddan et Stubbs 1 p. 39; mihi quae certo christiana dici possint praeter haec quae supra recensui innotuerunt nulla.

TITVLI RELIQVIARVM SANCTI CVTHBERTI.

229 Dunelmi in ecclesia cathedrali a. 1827 sepulcrum sancti Cuthberti episcopi Lindisfarnensis (a. 685—688) apertum est summa cum cura atque repertae sunt in eo optime servatae res omnes, quas intro conlocatas esse testati sunt testes coaevi et fide omnino digni.

a In sarcophago interiore querno imagines incisae erant Christi et sanctorum apostolorumque, quarum supersunt tredecim his adscriptis nominibus:

IOHANNIS	*Iohannis*
. . . KVS	*Marcus*
THOMAS	*Thomas*
ANDREAS	*Andreas*
MATHEVS	*Matheus*
ƆDVS	. . *dus*? (an [*episc*]*opus*?)
'S MICH . . .	*S. Michael*
PA . . .	*Paulus*
. . Ƴ ƳCƳ	*Ih*(*e*)*s*(*us*) *s*(*an*)*c*(*tu*)*s*
SCS	*S*(*an*)*c*(*tu*)*s* [*Oswaldus*?]
IAC	*Iacobus*
LVCAS	*Lucas*
. . . . ƆPVS	[*S. Cuthbertus*? *episc*]*opus*

b Inerat in sarcophago altare parvum ligneum, cuius faciem lammina tenuis argentea tegit; ornata est lammina cruce, quam cingit circulus inscriptus litteris alte caelatis, non incisis. Ex titulo circuli eius supersunt litterae hae

. . . . ΓVA · EC · ERA . . . . . .

Extra circulum aliae litterae inscriptae erant, quarum supersunt hae tantum

OH . . . . . .

In parte altaris postica item tecta lammina argentea, in qua effigies apostoli alicuius videtur fuisse, servatae sunt hae tantum litterae Graecae

P . . . . OS et . . . . Σ

P[*etr*]*os* aut *P*(*aul*)*os* (*apostolo*)*s*

Lignum altaris priusquam argento tectum est et ipsum erat pro altari; incisae enim in eo sunt litterae hae

IN HONOR et S PETRV
† †

in honor(*em*) . . . . . *S. Petru*(*s*)

c In stola sancti serica et auro picta media agni imago est adscriptis litteris his

AGNV . . . D̄I *agnu*[*s*] *dei*

in latere utroque prophetarum imagines erant; quo vero ordine illae se exceperint non potuit diiudicari. Adscripti eis sunt tituli superstites hi ita, ut ab utraque imaginum parte stent,

ESAIAS	*Esaias* [*propheta*]
. . . . MIAS PROPHET	*Ieremias prophet*(*a*)
DANIEL PROPHETA	*Daniel propheta*
AMOS PROPHETA	*Amos propheta*
ABDIA	*Abdia* [*propheta*]
OSE PROPHETA	*Ose*(*a*) *propheta*
IOHEL PRPHETA *sic*	*Iohel pr*(*o*)*pheta*
ABACVC	*Abacuc* (*propheta*)
IONAS PROPHE . . A	*Ionas prophe*[*t*]*a*
ZACHA . . A	*Za*[*c*]*ha*[*ri*]*a*[*s propheta*]
. . . . . PROPETA *sic*	. . . . . *prop*[*h*]*eta*
NAVVM PROPHETA	*Na*[*h*]*um propheta*

In fronte ima duae imagines erant ita inscriptae

IOHANNES EVC—	*Iohannes ev(an)g(elista)*
THOMAS APOST	*Thomas apost(olus)*

Et in parte harum imaginum postica

ÆLFFLÆD FIERI PRECEPIT	*Aelfflaed fieri precepit*	p. C. 905—915
PIO EPISCOPO FRIDESTANO	*pio episcopo Frithestano*	

d In manipulo (longo illo dig. 32¼, lato dig. 2½) medio manus est, cui litterae appictae sunt hae

DEXTERA DI	*dextera dei*

Infra ab altero latere sese excipiunt imagines cum titulis his

SCS GREGORIVS PAP—	*S(an)c(tu)s Gregorius pap(a)*
PETRVS DIACONVS	*Petrus diaconus*
IOHANNES B	*Iohannes b(aptista)*

ab altero

SCS SYXTVS EPISCP̄	*S(an)c(tu)s Syxtus episc(o)p(us)*
LAVRENTIVS DIACONVS	*Laurentius diaconus*
IACOBVS APO	*Iacobus apo(stolus)*

In parte ima postica

ÆLFFLÆD FIERI PRECEPIT	*ut supra*
PIO EPISCOPO FRIDESTANO	

Iac. Raine *Saint Cuthbert: with an account of the state in which his remains were found upon the opening of his tomb in Durham cathedral in the year MDCCCXXVII.* Dunelmi 1828 4. p. 183 ss. cum tabulis I ad VIII.

Titulum *b* ita legit Raine Ο · ΑΓΙΑ · ET · ERASTE *ὦ ἁγία et ἐραστή.* non recte; nam observavit mihi Guil. Greenwell Dunelmensis non ΓΙΑ · ET legi in lammina sed ΓVA · EC. Quid significent litterae nemodum explicuit.

c d Aelfflaed regina uxor Eduardi regis, filii Alfredi, quae mortua est ante a. 916. *Frithestano,* qui episcopus Wincestriae creatus est a. 905 atque obiit a. 932, vestimenta haec fieri insserat fere inter annos 905 et 915, quae Athelstanus rex, filius Eduardi spurius, cum a. 934 in Northumbriam venisset, Sancto Cuthberto obtulit; ut Raine exposuit p. 207 ss. cf. p. 50 ss.

APPENDIX.

I. TITVLI FALSO PRO CHRISTIANIS HABITI.

1* Lapis dictus *Maen y Morinnion* (i. e. petra virginis) extat prope *Brecon, in the middle of the Roman road, about ¼ mile from the farm house* LLWYD. Ibidem, *not far from the farm house of Y Gaer,* prope *Llandefaelog* RHYS.

homo stans *mulier stans*

. . . . M
ALANCDN///IV:///ET
CONIVNX EIVS H s. EST

. . . . *coniunx eius h(ic) [s(ita)] est*

Ed. Llwyd in Gibsons Camden 2 p. 706. 834 memorat tantum, non adscripsit; I. Strange Archaeologia 1, 1779 p. 294 ss. in tab. (inde Goughs Camden 3 p. 102 tab. 5 fig. 2; Haddan et Stubbs 1 p. 630); Jones *Breeknockshire* 2, 1 p. 103 ss. tab. 6 fig. 2; Westwood Archaeol. Cambr. ser. nova 4, 1853 p. 351, 1; ex his ego C. I. L. VII 152 (Westwood Archaeol. Cambr. ser. IV 3, 1872 p. 385 a me edoctus Romanam esse agnovit); I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 9.

Ultimus tantum versus planus est maximam partem; unde eum legerunt omnes fere aequaliter. V. 2 *Alancina civis* legisse Henricum Thomas, *late of Slwch*, testatur Jones; is pleniorem dat quam Strange et ita fere, ut exhibui supra. Anaglyphum et tituli versus ultimus monumentum Romanum esse saeculi fere secundi exeuntis extra omnem ponunt dubitationem.

2* *Caerphilly castle, Glamorganshire*, in gradu scalae, quae olim ibi erat in turri rotunda, deinde servabatur Oxonii in museo Ashmoleano, ubi num adhuc extet ignoro. Signa, quibus lapis tectus est, falso videntur pro litteris habita esse aut Romanis aut Graecis aut Britannicis.

LLLL MIHT TTR SLII+I I—WLHJ *et similia*

Ed. Llwyd *philosophical transactions* 27, 1710—1712 p. 500 ss. qui haec addit: '*J must confess J am not fully satisfied whether it were ever designed for reading or for some kind of antique ornament; but rather incline to the latter. The stone was not designed for a step, there being none of the same kind in the whole staircase. The marks were mostly worn out by treading; and it is possible they might be once more uniform, and some few mistakes may have happened in the copying it as it is. J have sent the stone to the Museum at Oxford, where the curious may be satisfied. Were it the old Celtic character, which Caesar says was like the Greek, 'twere a noble discovery. But J fear our ancestors (if ever they had any writing) have left us none upon stones*'.

3* In *Llanio Isaf, Cardiganshire,* extant lapides centuriales castelli alicuius Romani, quorum unus ita inscriptus est

O VERIONI

[ɔ *(centuria)*] *Verioni(s)*

Ed. Llwyd in Gibsons Camden p. 644 (inde Horsley Brit. Rom. p. 323; Goughs Camden 3 p. 158); ex his ego C. I. L. VII 149; Westwood Archaeol. Cambr. ser. IV 2, 1871 p. 263 christianum putabat. Centurialem esse perspexit I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 4. Ceterum conferantur etiam supra n. 38 143.

4* *About 2¾ miles from Fishguard, Haverfordwest (Pembrokeshire), near some houses called Dwr Bach, is a stone which Westwood thought would turn out to have oghams on it. We could not make out any letters on the stone, though it had plenty of marks on it — in fact to many to have any meaning. Afterwards we saw a good many like it, and it was assured to us by a farmer that these marks were all made by the harrow when the stones lay in the fields not as yet disturbed. Probably he was right.*

I. Rhys *inscribed stones of Wales* p. 6.

5* Iscae (*Caerleon, Monmouthshire*) extat fragmentum tituli sepulcralis, cui palmae ramulus insculptus est.

C. I. L. VII 134.

Propter palmae signum falso pro christiano habitum est (Haddan et Stubbs 1 p. 39).

6* Aquae Sulis (*Bath*).

Titulus C. I. L. VII 58 falso a nonnullis ad homines christianos pertinuisse creditur.

I. Mac Caul *Britanno-Roman inscriptions* (1863) p. 181 s.; Haddan et Stubbs 1 p. 39.

7* Prope *Horkstow, Lincolnshire*, in parietinis villae rusticae Romanae saeculo proximo exeunte pavimenta tessellata detecta sunt complura operis splendidi; in uno eorum anguli quattuor capitibus ornati videntur fuisse iuvenum (fortasse quattuor anni tempora sunt), quorum duo supersunt. Iuxta apposita sunt ornamenta crucis Graecae formam fortasse casu tantum imitata ꕥ

S. Lysons reliquiae Britannico-Romanae I p. 2 tab. 3 et 6 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 40).

Extant similia quaedam operis tessellati ornamenta, e. c. Londinii (C. R. Smith *Roman London* p. 56 tab. 11) et in *Harpole, Northamptonshire* (Haddan et Stubbs 1 p. 39), quae omnia enumerare nihil attinet.

8* Vindobalae ad vallum Hadriani (*Rutchester*) ara Romana reperta est, servata illa nunc in museo Aelianensi (*Newcastle-upon-Tyne*), quam propter signa quaedam tempore recenti ei insculpta pro christiana habuerunt.

C. I. L. VII 544 *a*; Bruce lapidarium septentrionale p. 41 n. 61.

9* Petrianis (*Cambeckfort*) in statione per lineam valli lapis repertus est rudis, longus p. 2 dig. 2, altus p. 1 dig. 2. Inscriptum est litteris vix antiquis omnino

SOB DEO /)VDED

Carlisle Archaeologia 11, 1794 p. 67 tab. 5 fig. 14; Hutchinson *Cumberland* 1 p. 118 tab. 2 fig. 13; Bruce lapidarium septentrionale n. 466 (ex his C. I. L. VII 11*).

AVDEO Carl., DODED Hutch., DODEP Bruce.

Interpretatus est Carlisle ita *sub deo rubeo*; mihi potius visum est esse *sob deo audeo*. Bruce christianam putavit saeculi fortasse quinti; mihi multo videtur recentior esse.

12* *Cambridge*, lammina aenea quae inventa est in sarcophago reperto *in the Castle yard*.

KI·IOIIIYI·I8XX
ΦΦΦΦIIt·

Gentleman's magazine 55. 1785 p. 763 tab. 2 fig. 6 (inde C. I. L. VII 3*), ubi ita explicatur: *Kat Omyat died anno Christi 416*.

13* Eburaci in effossionibus institutis ad viae ferreae stationem novam extruendam in sarcophago Romano lapideo rudis operis reperta est tessera ossea oblonga, perforata a parte dextra, longa circiter dig. 5, lata $1\frac{1}{2}$. Servatur in museo Eburacensi; inscriptum est litteris saeculi fortasse tertii ineuntis

DOMINE VICTOR
VINCAS FELIX

I. Kenrick misit imaginem photographam; I. Raine edidit in catalogo musei Eburacensis (ed. VI 1875) p. 94 *j*.

Minime christianam esse, ut fuerunt qui putarent, apparet; Felix potest gladiator fuisse, cui tessera victoriam auguratur in Victoris nomine ludens. Domini appellatio eo tempore communis iam facta erat, ut post alios nuper demonstravit Ludov. Friedlaender (*Darstellungen aus der Sittengeschichte Roms* 1[3] p. 356 ss.).

10* Massa plumbi albi, longa dig. $16\frac{1}{4}$, alta 8, pondo librarum Anglicarum 26, reperta in *Trereife, Cornwall*, nunc in *Penzance* in museo; in ea impressa est *a supposed mercantile mark, made up of a cross with various additions, and of three Greek letters*

ΕΙΣ ⳨

A. Way *archaeological journal* 23, 1866 p. 284 (inde Haddan et Stubbs 1 p. 699).

Inscriptio massae fortasse vetustae si ipsa vetusta omnino est, certa ratione vix videtur explicari posse.

11* Londinii, in *Mark lane Mr. Stockley* circa a. 1715 in fundamentis domus, quam possedit *Mr. Wolley*, tegulam repperit, latam dig. 4, longam $5\frac{1}{2}$, crassam $2\frac{1}{4}$, anaglypho ornatam Samsonis, qui vulpes in Philistaeorum agros impellit. Servabatur tum in museo societatis Regiae in *Fleetstreet*; extetne adhuc et ubi ignoro.

Bagford *letter relating to the antiquity of London* in Hearnii praefatione ad Lelandi collectanea 1 (1715) p. LXX (inde Haddan et Stubbs 1 p. 40 qui videntur pro genuina habere). Imago a Bagfordo addita opus saeculi XVI esse clare demonstrat.

14* Vinoviae (*Binchester, Durham*) prodiit ansa amphorae, servata nunc in museo Aelianensi (*Newcastle-upon-Tyne*), quae ita inscripta est

VR † FI

C. R. Smith collectanea antiqua 1, 1848 tab. 50 (inde C. I. L. VII 1331, 124); Bruce lapidarium septentrionale p. 374 n. 723.

Propter crucem christianae originis habita est, male; interpretatio tituli integre servati incerta est, crucem non esse christianam certum.

II. TITVLI ALIQVOT RECENTIORES.

15* *Llanbabo, Anglesey*, in ecclesia. Litteris saeculi XIII aut XIV. Litterae sunt alte extantes; mensura non indicatur.

hic iacit Pabo post Pryd-corpors-te-prima

Rowlands Mona antiqua ed. II p. 158 (inde Archaeol. Cambr. 3, 1848 p. 219; cf. Haddan et Stubbs 1 p. 165).

Pabonem illum 'postem Britanniae' vixisse ferunt saeculo sexto ineunte; sed lapidem multo esse recentiorem omnes conveniunt.

16* *Llanegwest Abbey, Denbighshire.*

Ad adam dus fecit hoc opus pace beata quiescat amen m. d. . . .

Pennant 1 p. 371 (inde Goughs Camden 3 p. 214); I. Rhys non vidit.

Indicatur in fine annus MD . . . .

17* *Voelas, Denbighshire.*

Ego Ioh de Tin : Dyleu Kuheli lenaw Tford eudoi Braechi Koed Emris Leweli op priceps hic hu[matus sum . . .]

Ed. Llwyd in Gibsons Camden p. 686 (inde Goughs Camden 3 p. 210) cui descripsit Griffith Jones, ludimagister in *Llanrwst*.

Saeculi fortasse decimi septimi.

18* In *the vicarage of Little Hereford*, prope *Ludlow, 3 miles from Tenbury, Herefordshire*. Lapis hominis armati effigiem exhibet; infra scriptum est

† h(ic) iacet thomas

Westwood Archaeol. Cambr. ser. nova 2, 1851 p. 228.

Videtur esse saeculi tertii decimi vel etiam recentior.

19* In *Stafford* nuper reperta.

Orm vocatur qui me condidit

D. H. Haigh misit ectypum.

Litterarum formae videntur pertinere ad saeculum duodecimum tertiumve decimum.

20* In *Wensley, Yorkshire, North Riding*, prope *Hangwest* ad flumen *Ure*, in ecclesiae vestibulo (*the vestry*); dicitur repertus esse in curte ecclesiae. Altus est dig. 15½, latus 9. Infra crucem angulatam, cui paene adhaerent aves duae supra, infra quadrupedes duo, anaglyphi omnia operis, scriptum est litteris quas dicunt Saxonicis item in altum elatis, non incisis nomen

Donfrid

Goughs Camden 3 p. 334 tab. 17 fig. 4; Whitaker *Richmondshire* 1 (1823) p. 371; D. H. Haigh *association journal* I 1846 p. 196.

III. MONVMENTA QVAEDAM CALEDONICA.

Litterae Celticae extant in monumentis Caledonicis hisce recentioribus:

21* In cippo servato in *Scoonie, in Fife*

(Stuart *sculptured stones of Scotland* II p. 6 tab. 12);

22* in altero, qui extat in *Logie, in the Garioch*

(Stuart I p. 4 tab. 3. 4 fig. 2);

23* in tertio in *Golspie, in Sutherland* servato

(Stuart I p. 12 tab. 34).

24* Praeterea litterae olim extabant, nunc vero non distinguuntur, in cippo quodam anaglyphis in regione ea solitis ornato, qui repertus est dum vetus ecclesia in *Fordoun, Kinkardineshire, in the Meaths*, diruitur, nunc autem conlocatus ad portam aediculae S. Palladii in curte ecclesiae Fordunensis.

(Ioh. Stuart Archaeologia Scotica II 1822 p. 317 tab. 5 [inde Wilson *prehistoric annals of Scotland* p. 505], *sculptured stones of Scotland* I p. 20 tab. 67).

Omisi, ut par est, cruces inscriptas aevi recentioris, id est saeculorum decimi quarti et decimi quinti, quales extant in *Inverary* (Stuart *sculptured stones of Scotland* 2 p. 22 tab. 31), *Kilchoman* (Stuart 2 p. 23 tab. 34), *Oransay* (Stuart 2 p. 25 tab. 38. 39), Ionae (Stuart 2 p. 27 tab. 47), *Soroby* (Stuart 2 p. 28 tab. 53), *Kilkerran* (Stuart 2 p. 29 tab. 55) et alibi; sed iuvabit recentissima haec comparare cum vetustioribus, cum demonstrent formas antiquitus traditas diutissime esse servatas.

ADDITAMENTA.

230 (Inserenda post n. 1). *Phillack (within a mile of Hayle), Cornwall*, in coemeterio ecclesiae. Litterae sunt altae m. 0,08.

Clotuali Morhatti?

Ectypum misit I. Rhys, qui edidit Archaeol. Cambr. ser. IV 6, 1875 p. 365; ex ectypo imago haec fluxit.

Tertium alterius versus elementum *r* esse Rhys adnotat, non *g*, quamquam ei litterae similius mihi videtur; lineam enim transverse positam aliquanto longiorem esse, similesque nominum formas, veluti *Morhatho*, *Morhaitho* alibi repperiri.

231 (Inserenda post n. 86). *In the porch of Merthyr Church, about three miles from Caermarthen, Caermarthenshire.* Litterae sunt altae m. 0,08.

Caturug[i] fili Lovernaci

Ectypum misit I. Rhys, qui edidit Archaeol. Cambr. ser. IV 6, 1875 p. 359.

V. 1 extr. I transverse conlocatam Rhys sibi visus est deprehendere; ectypum eam non indicat.

232 (Inserenda post n. 87). *Traws mawr, Caermarthenshire*, cippus litteris inscriptis altis circiter m. 0,06.




Cunegni

I. Rhys misit ectypum, ex quo imago haec delineata est ediditque Archaeol. Cambr. ser. IV 6, 1875 p. 359.

Crux in latere est; in fine — (ı iacentem) observavit Rhys, quam ectypum non exhibet.

233 (Inserenda post n. 88). *Llanboidy, Caermarthenshire*, in pariete ecclesiae, litteris quae similes sunt Hibernosaxonicis, altis circiter m. 0,09. Lapis supra fractus.



Maroh .... fili Lunar[c]hi Cocci

Ectypum misit I. Rhys, qui edidit Archaeol. Cambr. ser. IV 6, 1875 p. 360.

Post COCC in fine ı litteram iacentem clare apparere in lapide I. Rhys mihi nuper scripsit.

---

234 (Inserenda post n. 88). *Llanboidy, Caermarthenshire*, in curte ecclesiae, litteris multo vetustioribus quam tituli praecedentis.

TVM . . .

I. Rhys Archaeol. Cambr. ser. IV 6. 1875 p. 361 qui una cum Worthington Smith ex pluribus litteris evanidis camerae obscurae adiumento has tantum legit e *tumulo* vocabulo fortasse residuas.

Ad n. 2. RIALoBRAN–, i. e. *Rialobrani*, non RIALoBRAN, ut exhibet imago mea, in lapide esse, Rhys affirmat.

Ad n. 16. Post titulum impressum duorum virorum sive lectiones sive restitutiones factae ad lapidem ad me perlatae sunt Iohannis Rhys et Jagonis; sunt autem hae.

Rhys:

+ ÆL3ELð 1 3ENEREb–TEI
POHTEÞYSNE///YVIVE///

FOHÆLPYNESSHQL 1 FOHHEY

Jago:

+ ÆLSELð 7 SENEREð
POHTE ÞYSNE SYBSTEL · SEL
FORÆLPYNEYSSOUL 7FOR HEY

Ad n. 17. In textu scribendum potius erat

Magarii

Ad n. 33. Scribe *Patristow* (s. *Patricio*).

Ad n. 41. I. Rhys Archaeol. Cambr. ser. IV 6, 1875 p. 370 ita affirmat legendum esse

+ Gurci
+ Bledrus

Alteram enim crucem quamvis minorem tamen perspicuam esse.

Ad n. 59. Prope *Gelly gaer, Glamorganshire, on a Maen Hir.*

VIA FRONTI

Stephen Archaeologia Cambr. ser. nov. 4, 1853 p. 317.

Sero intellexi eundem titulum significari atque is est, quem supra dedi n. 59.

Ad n. 79. Lege *Bryn Keffneithan* (pro *Keffnerthan*).

Ad n. 87. Ectypum huius quoque lapidis Rhys misit, quod imaginem, quam dedi, satis accuratam esse probat.

Ad n. 105. Legendum est fortasse f IO///ANNE, i. e. *s(anctus) Io[h]anne(s)*.

Ad n. 106. Exhibet etiam G. Stephens *old-northern Runic monuments* 1 p. 58.

In titulo capitis VIII (p. 40 ante n. 112) addendum (propter n. 125):

Accedit Montgomeryshire.

Ad n. 114. Excidit in imagine mea, ut I. Rhys observavit lapide inspecto, elementorum Celticorum unum a latere sinistro, si superne incipis computando, quintum, incisura simplex (*a notch*).

Ad n. 120. Scribe (ut n. 118. 119) *Llandewi Brewi*.

Ad n. 134. Rectius conlocanda erat post n. 130.

Ad n. 154. MACCVĪ fortasse solvendum est in *Maccui*.

Ad n. 171. *Guthlacus presbyter* dedi in textu priores secutus; neque vero intellego cur locum habere non possit quod imago exhibet: *Guthlacus habet*.

Ad n. 175. Mensuram accuratam adhuc desidero.

In fine textus scribe *Sin[uit?* .....] pro eo quod dedi *Sinuit* ....

Ad n. 202. *Billingham* errore Northumbriae tribui, cum sit palatinatus Dunelmensis (*Durham*).

Ad n. 223. Memorare potui in adnotatione, sed omisi in textu consulto, propterea quod inscriptum est Anglosaxonice tantum, non Latine, Aelfredi regis ornamentum celebre aureum operis caelati, quod *king Alfred's jewel* solet nominari. Repertum est illud a. 1693 prope abbatiam *Athelney, Somersetshire*; servatur Oxonii in museo Ashmoleano. Inscriptum ei est

† AELFRED MEC HEHT GEVVRCAN

Editum est post alios multos addita imagine accurata ab Alberto Way *archaeological journal* 2, 1846 p. 164.

Ad n. 225. Annulus nunc servatus apud *Mr. Welby*, repertus est in *Driffield, Yorkshire, E. R.*

INDICES.

* *significat lectionem incertam esse*

I. REGIONES. LOCI cet.

AEDIFICIA SACRA, ARAE, CRVCES cet.

II. TEMPORA.

III. DEVS, SANCTI cet.

IV. HONORES ET OFFICIA ECCLESIAE cet.

V. REGES.

VI. MVNERA, OFFICIA, CONDICIONES HOMINVM cet.

VII. NOMINA VIRORVM ET MVLIERVM.

Litteris maioribvs indicantur homines dignitatis celsioris, veluti sancti, principes, episcopi. *v.* indicat viros, *m.* mulieres.

VIII. CARMINA.

IX. FORMVLAE.

X. GRAMMATICA.

XI. LITTERARVM ALIQVOT FORMAE SINGVLARES.

XII. SCRIPTVRAE CONPENDIA.

XIII. SIGNA CHRISTIANA.

XIV. CELTICA.

XV. ANGLOSAXONICA.

XVI. GRAECA.

NOMINA LOCORVM QVIBVS TITVLI REPERTI SVNT EXTANTVE.

ADDITAMENTA

AD

INSCRIPTIONES HISPANIAE CHRISTIANAS

(BEROLINI APVD GEORGIVM REIMERVM MDCCCLXXI).

Communis est syllogarum epigraphicarum sors, ut plenae esse nunquam possint continuisque indigeant supplementis. Quae cum ad titulorum paganorum corpora soleant nunc iam certo tempore certoque loco conligi atque proponi, christianorum, si urbanos exceperis ab homine quodam excellente singulari cura cultos, minus commoda condicio est. Itaque cum ad syllogen inscriptionum Hispanarum, quae ad aevum christianum pertinent, per hoc quinquennium succreverit additamentorum messis quamvis non magna, sed non spernenda tamen, cumque praeterea liber ille nanctus sit iudices duos tam doctos quam benevolos, Gallum alterum Edmondum Le Blant, alterum Britannum Iohannem Wordsworth, quorum uterque ad meam operam emendandam quaedam protulit utilia, Germani autem homines nonnulli in singulas aliquot res inquisiverint cum fructu, visum est hoc loco data occasione fruendum esse, ut cum harum rerum curiosis communicarentur quae nova illis accesserunt quaeque meliora de eis nunc possunt proferri.

Itaque de aerae Hispanicae origine quam ego in suspenso relinquendam duxi quaestio instituta est ab Ioh. Hellero (in Heinrici de Sybel annalibus historicis vol. 31 a. 1874 p. 13 ss.) atque ad eum finem perducta, ut statuatur originem aerae eius repetendam esse a cyclo quodam paschali annorum octoginta quattuor, cuius initium una cum initio cycli Alexandrini, qui fuit annorum nonaginta quinque, inciderit in annum a. C. trigesimum octavum. Qui apud scriptores, veluti apud Prosperum, memorantur cycli incipiunt ab anno p. C. 46: cyclus igitur integer unus huic praecessit apud Hispanos. Annus autem trigesimus octavus visus est propterea electus esse, quia alius nullus extat propior ab eo anno, quo Christus natus est, in quem principium cycli occidentalis orientalisque quadret. Auctor vero conputationis eius non sine acumine institutae ignoratur. Cum desint testimonia diserta, solutio haec quaestionis diu ac multum versatae ultra probabilitatem perduci nequit; praestat autem, quamvis et ipsa dubitationi obnoxia, prioribus omnibus.

De nominibus originis Germanicae, quae tituli a me editi continent, egit E. Förstemann (*altdeutsche Namen aus Spanien* in Adalberti Kuhn *Zeitschrift für vergleichende Sprachforschung* vol. XX 1872 p. 433 ss.).

Quae ad titulos singulos vel explicandos vel corrigendos conlegi, ea infra posui ordinem geographicum duplicem, quem institui, secutus; secundum eundem etiam novi tituli inserentur.

1 (Inserenda post n. 18). Conimbricae (*Condeixa a velha*) in fundamentis aediculae sanctissimi sacramenti rep. a. 1873. Servat Michael Osorio Cabral e Castro, *par do reino*.

SERENIA
NVS FAMV
IVS DI VIXIT
ANVS IIII ET
REQV... IN PA
C... VIII KL... DE
CEMBRES E
RA DLXXVIIII

aera 579
p. C. 541

Serenianus famulus d(e)i vixit anus IIII et requ(iescit) in pac[e] VIII k(a)l(endas) Decembres era DLXXVIIII

Ex ephemeride *o Conimbricense* d. 24 m. Maii a. 1873 misit Ioachimus de Vasconcellos et ectypum promisit.

Ad n. 76. De Leovigildo et Hermenegildo regibus commentatus est nuper Franciscus Görres (*über die Anfänge des Königs der Westgothen Leovigild* in *Forschungen zur deutschen Geschichte* vol. XII 1872 p. 591 ss. cf. vol. XIII 1873 p. 633 ss.; *über den Aufstand und das Martyrium Hermenegilds* in *Zeitschrift für historische Theologie* 1873 p. 1 ss.; *Hermenegilds Stellung zum Katholicismus* ibidem p. 533 ss.).

Ad n. 115. V. 10 supplendum esse *trinitatis indivise* monuerunt Edm. Le Blant (in actis instituti Francogallici *journal des savants* a. 1873 p. 312. 355 ss.) et Ioh. Wordsworth (in ephemeridibus Oxoniensibus *the Academy* a. 1872 p. 156 ss.).

Ad n. 123. *Cava saxa* carminis inconditi, quae in aliis quoque carminibus sepulcralibus redeunt (veluti n. 130. 239), poteram referre ad exemplar Ovidianum amorum III 6, 45

nec te praetereo, qui per cava saxa volutans
Tiburis Argei pomifera arva rigas.

Ad n. 125. Vv. 4 et 5 ita explicuit Wordsworthius, ut

teque ingestantes possident caelum

verba posita esse coniceret pro *et te gestantes*, adhibito composito eo tempore non infrequenti.

V. 7 idem *Sina*, quod intellegi nequit, corruptum putat ex *Sion*, *paradisum Sion* ex confusione quadam scriptoris ortum ratus.

Ad n. 126. Martyres quinque Cordubenses Aciselum Zoilum Faustum Ianuarium Martialem coniunctos indicari etiam apud Prudentium περὶ στεφάνων 4, 19 s.

Corduba Aciselum dabit et Zoëllum
tresque coronas

adnotat Wordsworthius.

Idem eiusdem tituli v. 9 ss. legendum proposuit

Leocritiae et Perfecti

qui martyres fuissent Cordubenses celebrati diebus XV. Martii et XVIII. Aprilis. Sed longe differunt haec nomina a litteris, quas ipse vidi in lapide.

Ad n. 135. Titulum hunc ad Veremundum Suevorum regem eius temporis aliunde non notum referendum esse contendit Franciscus Görres (*ein Suevenkönig Veremund* in *Forschungen zur deutschen Geschichte* vol. XIV 1874 p. 405 ss.).

Ad n. 142. Initium carminis barbari ita distinguendum proposuit Wordsworthius probabiliter:

Haec tenet [u]rna tu[u]m venerand(um) corpus Vincenti abbatis,
Set tua(m) sacra(m) tenet anima(m) caeleste. sacerdos,
Regnum, mutasti in melius cum gaudia rite.
Martiris exempla signat. quod membra sacrata
Demonstrante deo vatis hic repperit index.

V. 4 *exempla* fortasse positum pro *exemplar* putat idem; ut sententia evadat haec: vates martyris exempla signat (i. e. designat. celebrat), quia hic demonstrante deo membra sacrata repperit. Deinde sic distinguit:

Sic simul officium finis vitamque removit,
Sp(iritu)s adveniens d(omi)ni quo tempore sanctus
In regionem piam v[e]xit animamque locabit,

i. e. quo tempore spiritus sanctus domini animam (martyris) in regionem (observa accusativi terminationem post *m* elisam correptam) piam vexit locavitque ibi.

Ad n. 149. Titulum insignem adhuc servatum in *Cangas de Onis* indagavit Aurelianus Fernandez Guerra textumque eius emendatum edidit in libro alieni in universum argumenti, qui inscribitur *el libro de Santoña* (Matriti MDCCCLXXII 8.; continet enim narrationem de conlegio S. Iohannis Baptistae in oppido illo orae Cantabricae condito a cive bene merito Iohanne Emanuele *de Manzanedo y Gonzales*, senatore regni Hispanici) p. 41 et 108 misitque mihi imaginem accurate a se ipso delineatam versuum quinque ultimorum. Quantum a vero distet textus a Morale, Carvallo, Risco propositus inde apparebit; est autem genuina lectio haec:

resurgit ex preceptis divinis hec macina sacra;
opere exiguo comtum fidelibus votis
perspicue clareat oc templum, obtutibus sacris
demonstrans figuraliter signaculum alme crucis.
sit XPo placens ec aula sub crucis tropheo sacrata,
quam famulus Fafeila sic condidit fide promta
cum Froiliuba coniuge ac suorum prolium pignera nata,
quibus XPe tuis muneribus pro hoc sit gratia plena,
ac post uius rite decursum preveniat misericordia larga.
hic vate Astemo sacrata sunt altaria Cristo
diei revoluti temporis annis CCC
seculi etate porrecta per hordenem sexta
[ex]currente era septingentesima septagesima quin aera 775
taque p. C. 737

V. 10 Vates Astemus (ita *Astemo*, non *Astemio* clare legi adfirmat Guerra), qui annis CCCLXII antea, si recte interpretor numeros vv. 11. 12 celatos potius artificiosis quas adamabant homines illi verborum ambagibus quam indicatos, i. e., si ab aerae anno conputaveris, aera 415, p. C. 377, altaria ibi dicitur consecrasse, quis fuerit ignoratur. Guerra quem ad modum ad a. p. C. 262 pervenerit computando non liquet; videtur autem intellexisse annum trecentesimum sextae aetatis saeculorum, quam a Christo nato incipientem statuerunt Hispani eius temporis. Quod si recte posuit, ducimur ad aerae Hispanae annum 475, p. C. 437; fortasse vere. Quae Wordsworthius proposuerat ad versum hunc emendandum corruunt, postquam lectio emendatior edita est.

V. 13 in. traditur . . \CVRRENTE; inde supplevi.

Ceterum quae Guerra in libro illo exposuit de Cantabriae veteris limitibus, oppidis, historia, et addita mappa accurate ab ipso delineata inlustravit, ea dolemus in angulo illo litterarum a nullo fere, cuius talia scire interest, inviso delitescere potius quam publici iuris facta esse.

Ad n. 175. Fugerat me sanctum illum Babilam (s. Babylam) episcopum aliquem Antiochiae esse in historia ecclesiae notum. Etiam reliqui tituli *b* sancti noti sunt; v. 7 ss. ita supplendi sunt: *s(an)c(t)or(um) F[austi Ianua]ri et Martial[is, sep|te]m dormientes in Ef[eso], Gervasi et Protasi*; v. 13 *s(an)c(t)or(um) Ferre[olorum]* e. q. s.

Ad n. 181. Melius ita edidit

† *in* NOME DNI VITAL*is*
EPS · CONSECRAVIT O O O
HANC BASELICAM

ex schedis Martini de Ambel y Bernard, qui descripsit a. 1657 Aurelianus Fernandez-Guerra *discursos en la recepcion de Rada* p. 145, qui Vitalem episcopum putat fuisse Eliocrocensem.

---

2 (Inserenda post n. 181). Mensa altaris marmorea, reperta a. 1626 prope *Cehegin*, ¼ *leuga hacia oriente*, in ripa sinistra *Quipar* fluminis ad radices montis *cabeza de la Muela*, in parietinis aedificii vetusti. Titulus supra in quattuor lateribus mensae inscriptus extat hic

† N° A° ACRVSMINVS
BIGASTRENS ECCLESIE EPS
SACRAVIT ANC BASELICAM
SCI VINCENTII · ANNO · III · PONTIFICAVS
SVI

In no(mine) do(mini) Acrusminus Bigastrensis ecclesie ep(iscopu)s sacravit anc baselicam s(an)c(t)i Vincentii anno III pontificatus sui

Aurelianus Fernandez-Guerra *antiguedades del cerro de los santos en termino de Montealegre* (*discursos leidos ante la Real Academia de la Historia en la recepcion pública del señor D. Juan de Dios de la Rada y Delgado el dia 27 de Junio de 1875*; Matriti 1875 fol.) p. 145 ex schedis eiusdem Martini de Ambel y Bernard, exseriptam ab illo a. 1657, ex quibus titulum n. 181 emendatum proposuit ibidem.

Episcopus Bigastrensis hic Acrusminus (?) aliunde non magis notus est, quam Vitalis tituli n. 180, quem Eliocrocae sedem habuisse existimat Guerra propterea quod *Cehegin* ad sedem illam pertinuisse sibi persuasit.

3 (Inserenda ante n. 193). Matriti in bibliotheca olim, nunc in museo archaeologico (*seccion de antiguedades clásicas*); signum militare, ut credunt, aereum, altum m. 0,16.

Equus gradiens, sella et freno ornatus;
in basi supra palum inscriptum est:

VIVA ☧

viva(s) XP(iste)

F. Fulgosio *museo español de antiguedades* vol. 3, 1873 p. 96.

Videtur genuinum esse; pertinebat fortasse ad instrumentum aliquod usus domestici, nam militare signum vix potest tam fuisse exiguum.

Ad n. 196. Tegula eodem titulo ter inscripta in lateribus prodiit etiam in *Casariche*, ut mihi indicavit Berlanga amicus Malacitanus.

Ad n. 204. Monogramma KIRIω (i. e. κυρίῳ) significare putat Wordsworthius collato n. 149 v. 10; ut annuli titulus fuerit

Aloiosae (i. e. *Aloiose*) *vivas in kiri*

---

4 (Inserenda post n. 216). In territorio Lucenensi (*de Lucena*) iuxta fines territorii *de Puente Jenil*, in praedio dicto *del Chato*, quod ad hoc territorium pertinet in situ dicto *Molino de Castillo Azul*, reperta est a. 1874 tabula marmorea alta m. 0,59, lata 0,32, crassa 0,10, inscripta hoc titulo

✝ Hoc, nepos, loco tenetur maximi viri
Atana quem prisca vocabant saecula ildum
Sinde patre genitus miro in Beatia rure.
Iohannes Eximius ex fonte vocatus,
sapiens benignus quin etiam ore modestus,
florens eclesia decenter mente quieta,
catolicus strenuus preclarus mente qui fuit
alumnus ortodoxus legitime abtus,
ethereis iungatur sorte beata locatus,
cum Xristo regnet pium quem coluit d(eu)m.
Explebit cursum octabo idus Agustas,
sexden(u)m et septem etatis vite peragens,
nungentesima sex decies vel tria sub era — aera 963
e — p. C. 925

Aurelianus Fernandez-Guerra *antiguedades del cerro de los santos* p. 152 cui ectypum misit Antonius de Aguilar y Cano (*de Puente Jenil*).

Textus proponitur minusculis tantum litteris; litteras tituli fortasse ex more eius temporis ligatas multifariam recte sine dubio legit editor plerumque, si exceperis v. 8, de quo dubito. Ceterum Iohannes hic Eximius primum Atanahildus dictus et Beatia (i. e. Viatia) oriundus aliunde notus vixisse fertur annis p. C. 859—925.

Ad n. 219. V. 2 INAVLA conpositum esse ut *inatrium, incurtis, indamnum*, quae a simplicibus significatione non differant, Wordsworthius adnotat, quanquam exempla eius vocabuli alia non habet quae proferat. Voluit igitur fortasse poeta haec fere dicere: aula ecclesiae adhuc personat eloquentia quamvis mortui.

5 (Inserenda post n. 228). Prope Cordubam repertus est a. 1870 *en el Haza de los Aguijones cerca de la estacion del ferro-carril* titulus hic servatus Cordubae apud Ludovicum Ramirez y de las Casas Deza.

HIC REQVIESCVNT
MEMBRA SALVATI
CRISMATIS VNCTA
ERA MILLENA^{XX} aera 1020
L^{XXV} EVOS $^{i}_{q}$ VIXIT p. C. 982

hic requiescunt membra Salvati crismatis uncta era millena vigesma LXXV evos q(u)i vixit

Fidelis Fita *museo Español de antiguedades* 4 (1875) p. 637.

Ad n. 230*e* (p. 120). Supplementum tale proposuit Wordsworthius:

da pacem, domine, in diebus nostris, quia non est alius
qui pu[gnet pro nobis nisi tu, deus noster]

Ad n. 239. Initium ita distinxit idem Wordsworthius:

en, quem cernis, cava saxa teget compago sacra (pro *compaginem sacram*)
presulis Auri

i. e. episcopi Auriensis (*Orense*).

Ad n. 13*. Genuinum esse titulum et adhuc extare Nieblae Aurelianus Fernandez-Guerra mihi adfirmavit in litteris.

Ad n. 73*. Iniuria fortasse suspectos habui titulos portarum Toletanarum.

FORMIS ACADEMICIS (G. VOGT).


BRITANNIA
cum indicatione locorum
in quibus tituli christiani extant
Miliaria Anglica
(Statute Miles)
10 20 30 40 50 60 70 80 90 100
Papa Stronsay
Orkney I.s
Golspie
Newton
Logie
Garioch
(Aberdeen)
(Stonehaven)
Fordoun
S. Vigeans
Arbroath)
(Perth)
Scoonie
Stirling
Duntocher
(EDINBURGH)
(GLASGOW)
Peebles
Yarrow
Selkirk
Tweed
Northumberland
(Dumfries)
Rutchester
(Newcastle)
Hexham
Corbridge
Jarrow
Monk Wearmouth
(Carlisle)
Durham
Hartlepool
Billingham
Isle of Whithorn
Binchester
Gretabridge
(Whitby)
(Richmond)
Kirkdale
Hackness
(Scarborough)
Man
(Douglas)
Ripon
Great Driffield
York
(Hull)
(Leeds)
Dewsbury
Horkstow
Humber
(LIVERPOOL)
Anglesey
Caernarvon
(Chester)
Lincoln
Llangollen
(Nottingham)
(Stafford)
(Derby)
(Spalding)
Brancaster
Norfolk
(Shrewsbury)
Crowland
(Cambridge)
Cardigan
Brecon
(Gloucester)
Merthyr Tydfil
(LONDON)
BRISTOL
(Bath)
Silchester
Kent
Hants
Devon
Dorset
Sussex
(Exeter)
(PLYMOUTH)
C. Cornwall
(Scilly I.s)

CAMBRIA

(WALES)

cum indicatione locorum in quibus tituli christiani extant.

Miliaria Anglica (Statute Miles)





